

In priorem epistolam Pauli ad Timotheum commemtarium : [Thomas Cajetan], [1531]

CONTENTS

<i>THOMAE DE VIO CAJETANICARDINALIS SANCTI XISTI. IN PRIOREM EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM COMMENTARIJ.</i>	2
[CAPVT I]	2
CAPVT .II.	7
CAPVT .III.	10
CAPVT .IIII.	14
CAPVT .V.	17
CAPVT VI.	22
<i>THOMAE DE VIOCAIETAT NLCARDINALIS SANCTI XISTI:IN POSTERI- OREM EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM COMMENTARIJ. . .</i>	27

PRIORIS

AD TIMOTHEVM

missis inuenitur huiusmodi integra saluatio in fine nisi in epistola ad colo. in qua legitar. gratia cum omnibus vobis amen, et non dicitur domini nostri iesu christi etc. ¶ Et apud graecos inuenit subscriptio talis. Ad thessalonicenses secunda scripta athenis. ¶ [Caetae die. XVII. martii. M.D.XXIX.

THOMAE DE VIO CAIETANICARDINALIS SANCTI XISTI. IN PRIOREM EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM COMMENTARII.

5 **P**AVLVS apostolus iesu christi sum imperium del saluatoris nostri et. Deest. domini iesu christi spei nostrae.] Non solum se apostolum iesu christi explicat sed apostolatam ipsum explicat non quaesitum sed iniunctum sibi a deo saluatore nostro: naturam exprimens diuinam et officium saluandi nos. vt intelligamus iniunctum ei fuisse apostolatam ad exequendum officium salutis nostrae. Nec tantum a deo sed etiam ab homine domino
10 iesu christo iniunctum sibi explicat. Et dicit domini, eo quod ad statum dominii iam peruenerat iesus christus quum iniunxit apostolatam paulo. Adiungit que spei nostrae, eo quod christus immortalis iam et gloriosus sum corpus est spes nostrae futurae bearitudinis. christi nanque resurrectioni innititur spes nostra quod erimus quoque nos immortales sum corpus. TIMOTHEO dilecto. pro. germano.] Eadem dictio haberur hic quae habita
15 est ad philip. dicendo rogo te germane (seu germana)compar. Quadrat autem dictio illa tum aequali tum minori. vnde et ibi dictum est germana compar et hic dicitur germano filio. Significat enim vere ac confone esse talem. vnde germanus filius est qui vere est consonans patri filius. FILIO in fide.)ad differentiam filii naturalis. vt enim patet act. Io.paulus asciuit sibi timotheum. quem ex his verbis apparet a paulo fuifle conuersum
20 ad fidem:alioquin non appellaret ipsum filium in fide. GRATIA et misericordia et pax.] Superfluunt coniunctiones. Noua saluatio. nam hactenus salutauerat gratia et pax modo tria dicit gratia misericordia pax, ea ratione quod praelatis maxime necessaria est misericordia:tanq̄ loco dei cui proprium est misereri praesint. A DEO patre et Deest. domino iesu christo domino nolro.] Bis dicit domino. Iemel absolute domino iesu
25 christoriterum relatiue ad nos domino nostro. Est siquidem absolute dominus omnium, et est peculiariter dominus noster tanquam sponte seruorum.

[CAPVT I]

SICVT rogauit te.] Completa salutatione inchoat tractatum epistolarem. Vbi aduerte quod aduerbium sicut non habet in textu aliquid correspondens ad complendam orationem vsque ad calcem huius capituli, vbi dicitur hoc praeceptum commendo tibi. ita
30 quod illic compler paulus orationem quam hic inchoat. Et est sensus. sicut rogauit te etc. ita hoc praeceptum commendo tibi quemadmodum olim rogauit te nunc tibi commendo hoc praeceptum. Vnde omnia interiecta ab hinc illucque vere interiecta sunt ad explicandum necessitatem praecaepi et quod olim dederat et quod modo commendat. VT remaneres ephesi quum irem in macedoniam, vt denunciares. pro. vt praeciperes quibus-

35 dam ne aliter docerent.] Dictio graeca interpretata aliter docerent composita est ex alio et
 doctor : varietatem doctorum clare significans. Mandauit paulus timotheo vt praeciperet
 quibusdam ne essent varii doctores: quod esset variam inducere doctrinam. Et quantum
 subiuncta insinnant, aduersus illos loquitur qui aliam de legalibus doctrinam inducebant.
 40 nam tales doctores explicabit paulo infenus. NEQVE intenderent fabulis.] Thalmudicas
 fictiones prohibet. ET genealogiis interminatis.] Non dicit neque intenderent genealogiis
 sed addit interminatis : quae scilicet sunt sine termino in sacris sen autenticis scripturis,
 multae enim genealogiae tunc temporis erant interminatae. Et rationem huius vltimi
 subdit. QVÆ quaestiones praestant magis quam aedificationem. pro. dispensationem dei
 45 quae est in fide] Interminatae siquidem genealogiae quod praebeant quaestiones clarum
 est. Et q magis multiplicandis quaestionibus prosint quam diuinae dispensationi seu
 gubernationi quam exercet deus in fide paulus docet. nam ad dei gubernationem qua
 gubernat ea quae sunt fidei parum aut nihil prodest notitia huiusmodi genealogiarum : vt
 patet de multis genealogiis quas hemmus in libris paralipo. FINIS autem precepti est
 50 di lectio.] Dixerat vt preciperes quibusdam ne vati essent doctores, perperea vnitatem
 finis omnium praecceptorum legis

[p.140]

CAPVT

.I.

explicat:vt ex ipsa vnitate finis praecceptorum varietas arguatur doctorum. Finis inquit
 praeccepti est dilectio, non qualiscunque sed procedens a triplici fonte. Primus est.
 DE CORDE puro.] hoc est affectu puro a passionibus et a malicia. ET conscientia
 bona.] Secundus fons est applicatio scientiae applicatio inquam bona, ad agendum
 55 ad cauendum etc. Multi n.hñt applicationem sciae malam: et innumera mala inde
 sequunt. ET fide non ficta.] Tertius est hic fons vltimo loco scriptus : eo quod duo
 primi naturae sunt, hic autem tertius reuelatae est gratiae. Et dicit fide non ficta, propter
 hypocritas in fide: qui fingeant se christianos et nec erant christiani nec iudaei.
 Discurre per praeccepta : et inuenies omnia ordinari ad dilectionem talem. huiusmodi
 60 enim dilectio est dilectio dei et proximi ex vera fide in intellectu et ex puro corde in affectu
 et ex conscientia bona in applicatione et exequutione : quae perficit et mandata primae
 et secunde tabulae Haec sunt quae paulus proponit tractanda in hac epistola. Verum
 antequam sigillatim parriculas propositas tractet, necessitatem commemorat remansionis
 timothei ephesi ad precipiendum quae dixit ex casu aberrantium ab his. Vnde dicit.
 65 A QVIBVS.] praecceptis et conditionibus finis praecceptorum. QVIDAM aberrantes.
] Similes pseudaptis significat. CONVERSI sunt in vaniloquium.] ab vtili doctrina.
 VOLENTES esse legisdoctores.] Hinc apparet iudaeos esse istos qui doctrinam legis
 moysi ingerebant. Et hinc conicitur istos esse quos appellauit alia docentes. Et iungitur
 vaniloquio non doctrina legis, sed voluntas vtendi officio doctoris legis versa dicitur
 70 in vaniloquium. Et ratio subditur. NON intelligentes neque quae loquuntur.] ipsimet
 praeccepta legis. NEQVE de quibus affirmant.] obligari ad praeccepta legis.

¶ SCIMVS autem quod bona est lex.] Intendit paulus commemorare vt timotheus
 non solum praecipiat vitari fabulas et quaestiones de genealogiis sed enim doctores legis
 moysi male applicantes illam: quod esset si applicarent illam ad obligandum iustificatos
 75 in christo. Et propter hoc non repraehendit legem sed laudat eam : dicendo scimus

autem quod lex bona est. Vituperat autem male applicantes eam subiungendo. SI QVIS
 ea legitime vtatur.] hoc est si s eam sum ipsammet legem applicet. Et ne vageris
 quaerendo quod est legitime applicare explicat subiungendo. SCIENTES. pro. sciens
 hoc.] Ecce legitimus vsus sciens hoc. QVIA. pro. quod lex iusto non est posita]
 80 Formalis est sermo pauli.nam quum lex non superflue ponatur et iustus quatenus iustus
 non indigeat lege, formaliter venficatur quod iusto non est lex scripta posita. Rursus quum
 medium legis sit poena et iustus quatenus iustus nulli sit obnoxius poenae, formaliter
 verificatur quod iusto non est lex pofita. Et intendit per hoc quod quemadmodum
 85 subiunget de seipso iustificato in christo. Cum qua veritate stat quod si iustus recedat
 a iustiriaistarim inuenit in ordine eorum quibus est lex posita: vtote non iustus. SED
 iniustus.] E regione iusti vniuersaliter nomniat per partes multa genera iniustor. Et primo
 iniustos in genere. ET non subditis. pro. et iis qui subdi nolunt, ipiis.] in patriam
 ac parentes etc. ET peccatoribus.] a recto recedentibus. SCELERATIS.] qui prae
 90 aliis copia flagitiorum exuberant. ET contaminatis. pro.prophanis.] ea q̄ religionis
 sunt pollutibus. PATRICIDIS et matricidis.] Clara sunt crimina haec. HOMICIDIS
 fornicariis masculorum concubitoribus, plagiariis.] Dictio plagiariis significat fures
 hoiium in mancipia, vel vendenda vel redimenda ab ipsismet captis sen sibi coniunctis.
 MENDACIBVS et periuris. Superfluir et. et siquid aliud sanae doctrinae aduersatur.
 95] Ne per omnes species discurrat vnico verbo reliqua comprahendit. QVÆ est.]
 Superflunnt hae duae dictiones adiunctae ab aliquo qui restringere voluit sequentem
 particulam ad sanam doctrinam:quum tamen possit alio referri.nam et pont referri ad id
 quod dixerat sciens hoc : vt monexplicit sciens hoc. SECVNDVM euangelium gloriae
 beati dei.] ad significandum vnde scitur haec libertas iusti a lege. s. exeuangelio gloriae
 100 beari dei. et ad discernendum vere scientes ab illis qui volunt esse legisdoctores et non
 intelligunt quod dicant, quam nesciunt euangelium gloriae dei beati. Potest nihilominus
 reterri ad sanam doctrinam, ad explicandum quae est sana doctrina: quae scilicet est
 sum euangelium gloriae non hominis sed dei non sum statum praesentem sed beatum.
 Et apte loquens de lege appellat euangelium euangelium gloriae beati dei, quoniam
 105 finis iusti qui vere iustus est est gloria apud deum beatum quam oportet esse gloriam
 foeliciratis aeternae. QVOD creditum est mihi.] Ad declarandum exfacto in seipso
 paulo quod dixerat (videlicet lex iusto non est posita) subiungit qualis modo est in statu
 euangelii et qualis prius fuerit et vnde etc. Ab officio itaque euangelico inchoat: et vt
 materiam gratiarum actionis supputat multitudinem beneficiorum sibi collatorum ad
 110 enangelicum munus subiungendo. GRATIAS ago. pro. et gratiam habeo ei qui me
 confortauit. pro. potentem fecit in christo iesu domino nostro.] Superfluit enim Et
 gratiam habeo ei domino nostro iesu christo. vel gratiam habeo ei qui fecit me potentem
 christo iesu domino nostro. non fecit me potentem mundo aut mihi ipsi sed christo: hoc
 est ad seruitium christi. QVOD FIDELEM me existimauit. Ecce aliud beneficium quod
 115 me iudicauit fidelem quod me vsus est vt fideli. PONENS in ministerio.] procul dubio
 suo ad propagationem regni coelorum. QVI prius blasphemus fui] Explicatis donis
 in libertate euangelii, explicat crimina quoque propria in statu legis. Et dicit se fuisse
 blasphemum propter iniurias quas irrogauerat christo. Agnoscens siquidem christm esse
 verum deum agnoscit peccatum suum in christm fuisse blasphemiam. ET psequutor.]
 120 subaudi ecclesiae christi. ET contumeliosus. pro. et violentus] Non solum persequutus
 fuerat paulus ecclesiam

PRIORIS

AD TINOTHEVM

christi, fed et violentiam intulerat: vt patet in actibus apostolorum. SED. Deficit et misericordiam dei consequutus sum.] Superfluit dei. QVIA ignorans feci in incredulitate.] Romnem ex parte qualitatis peccati reddit quare misericordiam consequutus sit
 125 quia ignoranter peccauit in statu incredulitatis. Ita quod ignorans refertur ad vtrunque : tum ad feci tum ad incredulitatem. nam et peccatum incredularis ex ignorantia in paulo fuit : et factum blasphemiae persecutionis et violentiae ex ignorantia quoque fuit. In cuius signum quam primum audiuit ego sum iesus nasareus quem tu persequeris statim dixit domine quid me vis facere: Nonnulla siquidem ratio veniae est ex ignorantia
 130 peccare: quoniam affectus peccantis ex ignorantia non tendit per se ad malum: vtpote qui non tenderet in illud si sciret esse malum. SVPERABVNDAVIT autem gratia domini nostri.] Non solum misericordiam consequutus sum condonantem mihi peccata mea, sed etiam superabundavit gratia domini nostri: vtpote promouens me ad apostolatum. CVM fide et dilectione quae est in chro iesu.] Intellige superabundavit referri non solum ad gratiam, sed etiam ad dona fidei et dilectionis in christo. haec enim tria abundanter in
 135 paulo apparent. nam et gratia apostolica in eo exuberat: et fides valde inconcussa tum in perpessis tum in miraculis apparet:dilectio quoq ranta vt ipse dicat. quis infirmatur et ego non infirmor quis scandalizatur et ego non vrer etc.

FIDELIS sermo et omni accaeptione dignus.] Ne libertatem iusti ex seipso tantam ex
 140 quodam singulari astruere videatur, subiungit vniuersalem causam huiusmodi libertatis aduentum christi. Et sermonem huius causae communis statui euangelico praemitrit esse tum fidelem hoc est veracem, tum omni accaeptione dignum: vt tam parti cognoscitinae congruere significetur ex veracitate quam parti affectiuae ex accaeptabilitate. QVIA. pro. quod christus iesus venit in hunc mundum peccatores faluos facere.] Superfluit hunc.
 145 Ecce sermo fidelis et omni accaeptione dignus. Et dicendo venit in mundum diuinam iesu chrsti personam significat. Quum enim esset supra mundum, ingressus est mundum factus est enim mundi pars quum factus est homo.¶ Et dicendo peccatores saluos facere explicat quorsum venerit. E regione ad legem (quae posita est ad puniendos peccatores) dicitur quod iesus christus venit ad saluandum peccatores. quod est eripere eos a subiectione
 150 legis. QVORVM primus ego sum.] Relatiuum quorum non refert peccatores absolute, sed peccatores saluatos a christo. Et est sensus. quorum peccatorum qui saluantur per christi aduentum ego sum primus : hoc est precipuus. pctionum siquidem tunc temporis saluatorum per christum duo fuerunt genera. Alterum peccantium ex infirmitate: vt mulier q̄ erat in ciuitate peccatrix vt petrus qui ex timore negauit et similes. Alterum
 155 eorum qui per ignorantiam crucifixerunt christm qui postea adueniente spiritu sancto poenitentiam egerunt : vt dicitur in actibus apostolorum. Paulus his omnibus saluatis peccatoribus prestat, tum quam et blasphemus et psequotur et violentus fuerat. tum quia nec per aduentum spiritus seti et predicationem apostolorum conuersus est vt alii. Et propterea merito inter saluatos peccatores primum (hoc est precipuum) se dicit. ET ideo misericordiam consequutus sum: vt in me primo ostenderet iesus christus oemm patientiam pro. longanimitatem, ad informationem eorum qui credituri sunt illi. pro. in illum in vitam aeternam.] Primo non est aduerbium sed nomem. et significat precipuum. Reddiderat prius romnem consequutae prius misericordiae ex parte qualitatis peccati sui

: modo aliam romnem reddit ex parte exempli tribuendi aliis peccatoribus. Ideo inquit
 165 misericordiam consecutus sum vt in me primo (hoc est precipuo) monstraret iesus christus
 oemm longanimitatem propriam quam seruat expectando peccatorum pñiam (animi enim
 in longum propensi est hmoni expectatio) ad statuendum me exemplar aliis qui credituri
 sunt. Informationem intellige exemplari forma. Et est sensus. vt in me praecipuo
 170 ostenderet longanimitatem ad exemplarem informationem itineris in vitam aeternam
 respectu eorum qui credituri sunt in christm. In ipreo siquod em paulo habemus prae
 oculis exemplar eundi in vitam aeternam quamuis peccatores simus. Modus autem eundi
 explicatur per fidem in christum. Et haec est propria ratio propter quam paulus precipuus
 175 inter peccatores saluatos misericordiam consecutus est. ¶ REGI autem saeculorum.]
 Superius dixerat et gratiam habeo : non exercet gratiarum actiones, dicendo. regi autem
 non vnus saeculi sed saeculorum. IMMORTALI.] ad differentiam regum longaeuae
 vitae : puta noe qui et saeculo añ diluuium pefuit et saeculo post diluuium, qui tñ non
 fuit immortalis. INVISIBILI.] Hoc ad differentiam coelestium corporum dicitur coelum.
 n. licet regat saecula et sit immortale, est tum visibile. SOLI deo.] Deficit sapienti.
 legendum est. SOLI sapienti.] suapte natura. reliquae enim substantiae immortales ac
 180 inuisibiles quum in nudis naturalibus desipere possint peccando, non sunt suapte natura
 sapientes: sed quaecunque sunt sapientes ex liberali dono dei sapiunt. Quum dixisset tot
 regis condiciones, par fuit vt plenae sapiae meminerit : explicando non solum quod est
 sapiens sed quod est solus sapiens. DEO.] Faciendum est punctum post soli sapienti,
 et deinde subiungendum deo. quadrat siquidem post tot adiectiua vt natura ipsius regis
 185 explicetur, dicendo deo. HONOR et gloria in saecula saeculorum amen.] Haec de
 ïteriectis. Vnde et rediens ad principium epistolae sicut rogauit te vt remaneres ephesi vt
 praeciperes quibusdam etc. subiungit. HOC preceptum commendo tibi fili timothee.]
 Illo mon quo rogauit te vt remaneres et praeciperes ephesi : nunc quoque commendo
 190 tibi hoc preceptum de fine omnium praecaeporum explicato de libertate iustorum a
 lege de dilectione ex corde puro et fide non ficta et conscientia bona. SECVNDVM
 praecaedentes in te propherias vt milites in illis bonam militiam.] In actibus apostolorum
 scribitur quod de timotheo multa bona
 teddebantur testimonia quum paulus assumpsit eum secum. plus autem explicatur
 hic dicendo que

[p.141]

CAPVT

.II.

195 praeefferunt prophetiae de timotheo. Et quantum ex his coniiicitur, ab aliqua seu
 aliquibus spiritualibus personis praedicta fuerant multa bona spiritualia timotheo acces-
 sura, quae tam paulo quam timotheo notaerant. et propterea animum timothei accendit
 ex talibus praecedentibus prophetiis. Er est ordo literae. vt fm praecedentes in te (seu
 super te seu ad te) prophetias milites in illis (prophetiis: hoc est in prophetaris per illas
 200 prophetias) bonam militiam agas bonum militem. HABENS fidem et bonam conscien-
 tiam.] Applicat ad ipsum timotheum quae in genere dixerat de fide et conscientia bona,
 vt timotheus sit primus ibi habens fidem et conscientiam bonam: vtpote qui praesidebat
 ephesi. QVAM quidam repellentes. pro. qua quidam repulsa.] Et relatiusi qua refert
 bonam conscientiam: ad ostendendum quanti pendenda est bona conscientia hoc est

205 bona applicatio scientiae. CIRCA fidem naufragauerunt, pro. naufragium fecerunt.]
 Ecce periculum ac damnum non se uatae bonae conscientiae inde siquidem iacturam
 incurrerunt fidei. Male siquidem applicando scientiam incurritur error in fide : et sic
 paulatim perditur fides. EX QVIBVS est hymenaeus et alexander] Nihil inuenio autentice
 scriptum de his duobus qui repulsa bona conscientia perdiderunt fidem. QVOS tradidi
 210 satanae.] corporaliter vexandos: vt de corinthio incestuoso explicatur. VT discant non
 blasphemare.] Quemadmodum corinthium exconicando tradidit satanae sum carnem vt
 spiritus saluus fieret, ita istos exconicando tradidit satanae vt discant huiusmodi poenis
 non blasphemate. Insinuat enim hinc quod iesum christum blasphemabant isti perdita
 fide. Et forte isti erant doctores docentes aduersus christum postquam a fide ceciderunt.
 215 et propterea dicit vt discant non blasphemare.

CAPVT .II.

OBSECRE. pro. adhortor igitur primum omnium.] Tractata necessitate quare reli-
 querat timotheum ephesi incipit prosequi proposita. Vnde tanquam ad proposita exe-
 quenda rediens illatiue dicit adhortor igitur. Proposuerat autem quod finis praecaepti
 est dilectio de corde puro etc. et propterea ab executione dilectionis erga omnes in-
 choat. Primus autem et communissimus dilectionis actus erga omnes est oratio. et ideo
 220 tractans illam parriculam dilectio hortatur ante omnia orari pro omnibus. FIERI obse-
 crationes. pro. preces.] petitorias. ORATIONES.] hoc est mentis eleuationes in deum.
 POSTVLATIONES. pro. intercessiones.] Quae differunt a precibus in hoc quod preces
 respiciunt rem petitam: intercessiones autem mediae sunt ad reconciliandum homines
 225 deo. GRATIARVM ACTIONES.] pro beneficiis acceptis. PRO omnibus hominibus.]
 Ecce extensio dilectionis ad omnes homines siue christianos siue non christianos. nam
 non dicit pro omnibus fratribus sed omnibus hominibus. PRO regibus] qui tunc non
 erant christiani. Vult pro omnibus hominibus in genere pro regibus autem in specie orari.
 Nec solum pro regibus sed ET OMNIBVS qui in sublimitate constituti sunt.] Omnes
 230 temporales dominos compraehendit generali nomine sublimitatis seu excellentiae. VT
 QUIETAM et tranquillam vitam agamus] Non concordant omnino interpretes circa haec
 vocabula. Verum parui refert tranquillam et quietam vitam an placidam et quietam
 seu tacitam dixeris. Id tamen aduertendum est quod quum dixisset tum pro omnibus
 235 hominibus tum pro regibus et dominis, prius more suo declarat postremum. s. quare pro
 regibus et in celsitudine constitutis vt quietam et tranquillam vitam etc. Siquidem sermo
 pauli formalis est quum dicit pro regibus et temporalibus dominis orandum: videlicet
 quatenus regunt et dominantur vt regimen eorum iustum sit. nam inde sequitur iste
 fructus vt tranquillam et quietam vitam agamus christiani. IN OMNI pietate et casti-
 tate. pro. honestate.] Ne quietem et tranquillitatem vitae asperant christiani absolute
 240 sed relatiue ad virtutum opera adiungit virtutem pietatis erga parentes patriam etc. et
 vniuersae morum grauiratis. Et dicit in omni, vt nulla pars pietatis nulla pars honesti
 moris praetermittatur.

HOC ENIM bonum est.] Pronomen hoc demonstrat orare pro omnibus hominibus.
 Et quod primo dixerat (.s. pro omnibus hominibus orandum) manifestat hoc esse bonum
 245 in se. ET acceptum coram saluatore nostro deo.] Non solum est in se bonum sed
 gratum deo. Quem nominat saluatorem, quia ex officio saluandi manifestat intentum

subiungens. QVI omnes homines vult saluos fieri et ad agnitionem veritaris venire.] Non est hic speculatiue theologe sermo de voluntate beneplaciti : de qua scriptum est, omnia quae voluit dominus fecit in coelo et in terra et quod voluntati eius nullus porest resistere, vt clare patet ex eo quod videmus non omnes homines ad agnitionem veritatis venire. Sed est sermo de voluntate signi : qua deus proponit omnibus hominibus praecaepa salutis doctrinamque euangelicant et illis imputatur qui nolunt venire ad veritaris cognirionem et nolunt salui fieri. de qua scriptum est, quotiens volui congregare filios tuos et nolulistis. Ex hoc enim quod deus salutem et agnitionem omnibus vult proponendo, monstratur gratum illi esse et pro omnibus oremus, et simul insinuat quid est petendum orando pro omnibus videlicet vt saluentur. ¶ VNVS enim deus.] Manifestat quod deus vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venite, tum ex vnitate dei.ex hoc enim quod non nisi vnus est deus omnium hominum curam illi vm incumbere manifestatur: et quum sit natura bonus, consequens est vt omnibus proponat salutem et agnitionem veritatis. Si namque essent plures dii, cogitari posset quod vnus deus haberet curam saluandi aliquos homines et alius haberet curam saluandi alios: sed vbi vnus tantum est deus, illi enim incumbit cura omnium. Tum ex vnitate mediatoris subiugendo. VNVS mediator dei et hominum homo christus iesus.] Si plures essent mediatores inter deum et hominem, existimaretur quod vnus esset mediator pro quibusdam de alius pro aliis sed

PRIORIS

AD TIMOTHEVM

ex quo vnus est mediator dei et hominum ad reconciliandum homines deo, illi enim incumbit mediare inter deum et omnes homines. Et propterea idem sequitur.s.quod deus vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venite ex hocipso quod vnum constituit mediatorem dei et hominum. Qui tanto magis omnium hominum mediator est ad deum quanto ipse est homo quanto ab ipso nihil humani alienum est. QVI dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.] Ab effectu manifestat quod etiam mediator vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis veniretex hocipso quod dedit semetipsum precium ad redimendum non aliquos sed omnes. Quod verissimum est non solum quantum ad sufficientiam sed etiam quantum ad efficientiam: pro quanto omnes redemit a morte corporis resuscitando omnes in nouissimo die. CVIVS testimonium temporibus suis confirmatum est.] Superfluunt tres dictiones; cuius confirmatum est. Legendum siquidem est apposiriue. dedit redemptionem semetipsum pro omnibus appositue testimonium temporibus suis. Vere testimonium diuinae voluntatis quod vult omnes homines saluos fieri et ad agnitionem veritatis venire dedit christus dando seipsum redemptionem pro omnibus. dedit autem hoc testimonium temporibus propnis definitis a diuina sapientia. Et addidit hoc, ne quisquam diceret tardum fuisse testimonium respectiue ad eos qui praecesserant aduentum christi. omnis enim tam tarditas quam anticipatio excludirur dicendo tperibus suis. IN QVO. pro. in quod.] videlicet testimonium promulgandum mundo. POSITVS sum ego predicator pro. praeco.] Officium preconis est publicare: et paulus publicabat testimonium datum a christo. ET apostolus.] Ne vsurpatum aut vile praconis officium putaretur, adiunxit et apostolus proculdubio christi. ¶ VERITATEM dico.] Deficit. IN christomnon mentior.] Parenthesis est haec, explicans officium praconis et apostoli paulum agere vtranque complectendo partem

: videlicet non mentiri et veritatem dicere christo teste. vt nulla falsitas mixta veritati intelligatur. DOCTOR gentium in fide et veritate.] Non solum praeco et apostolus sum
 290 veritatis, sed sum specialiter doctor gentium in fide non in phia, sed non in fide vana sed et veritate. Doceo gentes veritatem non figmenta : verum non in euidentia scientifica sed in fide. et haec omnia ago ad publicandum testimonium quod dedit christus.

VOLO ERGO viros.] Tractat illam particulam de corde puro. Continuat autem exercens officium doctoris gentium. ORARE in omni loco, leuantes puras manus sine ira et disceptatione.] Dixerat dominus si offers munus tuum ante altare et recordatus fueris quod frater tuus habet aliquod aduersum te etc. extendit paulus ad omnem locum idem praeceptum. Docet siquidem quod non solum ante altare sed in omni loco in quo s orauerit oportet leuari manus mundas sine ira et disceptatione. Nec est sermo de membris corporeis sed de operibus. impedimenta siquidem orationis vbicumque oretur, impuritas
 295 operdī ira et contentio sunt Et excluduntur ad literam duo crimina. Alterum auariciae occupantis, dicendo puras manus. communi siquidem vsu occupantes aliena dicimus non habere manus puras. Alterum discordiae cum proximo: dicendo sine ira intus, et disceptatione extra. haec enim duo purganda sunt ante orationem, auaricia restituendo et discordia reconciliatione. Et meminit mundiciae ab his criminibus tantum: quia reliqua
 300 crimina interna poenitentia purgantur, haec autem exigunt etiam externam restitutionem et reconcilianonem. ¶ SIMILITER et mulieres in habitu. pro amictu ornato cum verecundia et sobrietate. pro. modestia, ornantes, pro ornate seipsas.] Quemadmodum a viris abstulit impedimenta orationis tanquam propria viris, ita a mulieribus tollit impedimenta orationis quae sunt velut propria mulieribus. Vnde quod dicit in amictu ornato, sic
 305 dicit quemadmodum dixerat in omni loco. Vtrumque enim recensetur ad explicandum modum seruandum a viris quidem in quocumque loco orauerint: a mulieribus vero in quocumque amictu ornato. Et explicatur modus dicendo cum verecundia et modestia ornare seipsas. Vtraque pars valde congruit mueribus: ne ornatus sit inuerecundus, et similiter ne sit imoderatus. Vnde immoderationem ornatus explicando subiungit. NON
 310 in tortis crinibus aut auro aut margaritis.] Primiriuae ecclesiae temporari congruebat hoc praeceptum:eo quod tunc mulieres quae se christianas profitebantur omnia huius modi a se abdicabant tanquam superflua et vana. Vnde hodie quum multae principes et reginae quibus sum statum congruit ornare se auro et margaritis christianae sint, non contra pauli praeceptum his vtuntur. VEL veste preciosa pro. sumptuosa.] Dixerat in amictu
 315 ornato et declarauerat imoderatum ornatum:declarat modo amictum, inhiendo vestem sumptuosam. Et quod temporale fuerit huiusmodi praeceptum aurea vestis ceciliae testatur. SED QVOD. pro. quae decet mulieres promittentes. pro. profirentes pietatem per opera bona.] Relatiuum quae ad vestem refertur. et vult vestem eam talem quae deceat mulieres profirentes per bona opera (hoc est profitentes non tantum verbis sed
 320 factis) pietatem:hoc est cultum diuinum. Dictio siquidem graeca non significat pietatem in genere, sed eam quae est erga deum. Perpende ex his omnibus impedimenta orationis in mulieribus vbicumque orent esse contraria praedictorum: vtpote appetitum muliebrem deprimentia ad haec vana ne eleuetur illarum mens in deum. ¶ MULIER in silentio discat cum omni subiectione.] Postquam cor purum tam in viris quam in mulieribus declarauit
 325 relatiue ad orationem, declarat in specie puritatem cordis in muliere relatiue tum ad disciplinam et doctrinam tum ad dominium. Et quā mulier eget vt doceatur, modum explicat tum quo ad linguam dicendo in silentio. Non vult quod in ecclesia interroget

doctorem docentem, sed quod audiat quidem et discat silendo: si quid autem restat dubii
 virum domi interroget. Tum quo ad reuententiam cum omni subiectione interna et externa.
 335 DOCERE autem] supple publice. MVLIERI

[p.142]

CAPVT

.III.

non permitto.] Et diximus publice ad differentiam doctrinae domesticae : qua mater
 debet erudite filios et filias. NEQVE dominari pro. neque autoritatem habere in virum.
] Directe hoc respicit vxores : quas nefas est autoritatem habere in maritos. SED esse in
 silentio.] vt non solum opere sed nec sermone autoritatem sibi vsurpet in virum. ADAM
 340 enim primus formatus est, deinde eua.] Ex ordine quo moyses narrat formationem adae
 et euae, probat virum praeefse mulieri et non econuerso. ET ADAM non est seductus,
 mulier aurem seducta in praeuaricatione fuit.] Eadem vtitur historia : in qua mulier
 ipsa professa est se seductam a serpente. adam vero non se excusauit vt deceptum sed
 vt allectum ab vxore : vt ibi patet. Praestat itaque vir mulieri tum ordine formationis
 345 tum vigore rationis. SALVABITVR autem per filiorum generationem si permanserit,
 pro. si manserint in fide et dilectione et sanctificatione cum sobrietate pro. modestia.]
 Ordo literae est. saluabitur autem si manserint (ipsa et vir) per filiorum generationem in
 fide etc. ¶ Meritorium salutis astruit esse coningium mulieri : ex hoc quod si ob filiorum
 generationem manserit simul cum viro in fide etc. saluabitur ipsa mulier. Et per hoc
 350 intellige explicari proprium munus sexus. Non docet paulus salutem mulieris pendere
 a generatione filiorum (quum facilius saluetur virgo quam coningata) sed docet quod
 vtendo officio sexus habet vnde ex ipso vsu sexus saluetur : hoc est quod ad salutem
 eis operatur si ob filiorum generationem manserint cum viris suis in fide etc. Et si
 vis oem scrupulum ab hac lectione excludere, ordina saluabitur pro predicato totius
 355 enunciationis : ordinando literam sic. si permanserint autem per filiorum generationem in
 fide et dilectione et sanctificatione cum modestia saluabitur. Sic enim clare significatur
 quod non pendet salus mulieris a filiorum generatione, sed quod acquiritur ei salus si sic
 manserint. ¶ Et nihilominus aduerte quod non de muliere sed de vxore est sermo: de qua
 dixerat neque autoritatem habere in virum. de ipsa enim subiungit saluabitur asit etc.
 360 Et meminit specialiter sanctitatis ac modestiae : quoniam tam mundicia in vsu coningii
 quam moderatio in vsu rerum et gubernatione familiae peculiaris esse debet coniugatis.

CAPVT .III.

FIDELIS sermo.] Prosequitur paulus particulam de corde puro quo ad constitutos in
 ecclesiasticis ministeriis. Praeponit aurem huic tractarui fidelis sermo ad significandam
 veritatem dicendorum : ne quis imputaret paulo quod nimis exigeret ex proprio capite
 in episcopis et diaconis. Totum hoc excluditur dicendo fidelis sermo. significatur enim
 5 quod est fermo fidelis domino, quod est iuxta fidem quam debet paulus domino et non
 sum propriam sententiam. SI QVIS episcopatum desiderat bonum opus desiderat.]
 Initium fidelis sermonis est si quis superintendentiam cupit, bonum (seu praeclarum)
 opus desiderat. Non dicit si quis dignitatem si quis gradum si quis prouentus si quis

hones si quis gloriam episcopatus : sed si quis ipsum episcopatum (hoc est ipsam
 10 superintendentiam ipsum superintendere) desiderat, proculdubio desiderat opus quum
 superintendere sit opus, non qualecunque sed opus bonum ex suo genere immo opus
 praeclarum ex proprio genere. Nec hoc eget probatione aliqua : quoniam manifeste
 constat sic esse. Nullum itaque peccatum est ex proprio genere desiderare episcopatum:
 hoc est ipsum superintendere. Secus autem est de appetitu gradus honoris prouentuum
 15 et huiusmodi. nihil enim horum est opus bonum: quum nec sit opus. OPORTET
 enim. pro. igitur episcopum irrepraehensibilem esse.] Ex ratione excellentis bonitatis
 huiusmodi operis quod est superintendere illatiue dicit oportet igitur episcopum esse
 irrepraehensibilem. Et haec est prima conditio episcopi relatiue ad malos mores vt
 nihil in eo sit repraehensibile. Et vere ex eo quod aliis superintendit repraehendis,
 20 manifeste infertur quod oportet ipsum esse irrepraehensibilem. qua enim fronte porest
 alios repraehendere qui repraehensibilis est. diceretur namque ei medice cura teipsum.
 VNVS vxoris virum.] Secunda conditio negatiue intelligenda est : hoc est non plurium
 vxorum virum. Non enim exigit paulus ab episcopo quod fuerit aut sit coniugatus (qui
 consulit meliorem esse coelibatum scribendo ad corin.) sed exigit quod si habet vxorem
 25 sit vir vnus vxoris. Sic enim litera sonat dicendo esse. Quo contra de vidua inferius dicit
 in ca. 5. non praesenti sed preterito vtens tempore quae fuerit vnus viri vxor. Et dixit
 hoc, quia tunc temporis multi plures vxores habebant imitantes patres veteris testamenti
 : quum nullibi legamus hoc prohibitum. SOBRIVM pro. vigilem.)Tertia conditio
 vigilantiam summe necessariam supintendenti explicat. PRVDENTEM pro. modestum.]
 30 Quarta conditio summe quoque est necessaria superintendenti. vt vigilantia comitem
 habeat moderationem : vt ipse sic sit vigil vt tñ sit modestus et sic modestus vt tñ sit vigil.
 ORNATVM.] proculdubio compositione gestuum actionum eloquii et aliis bonis moribus.
 PVDICVM.] Superfluit pudicum. Sexto enim loco dicitur. HOSPITALEM.] Rara est
 haec hodie virtus. DOCTOREM.] non laurea, sed scientia sufficiente ad docendum.
 35 NON vinolentum. pro. non vinosum.] hoc est deditum vino. NON percussorem.]
 Quamuis paulus de iniusta pcussione loquatur, turpe tñ est epreo eriam iuste percutere,
 debet .n. aliena non propria manu percutere delinquentes. Post non percussorem deficit
 enim particula. s. NON tutpilucem.] Haec est enim decima conditio in textu pauli :
 clare sonans quod episcopus alienus esse a turpi lucro debet. Quod si seruaretur, non
 40 audirentur lucra tam turpia vt turpe sit ea dicere. Nec loquor de simonia, sed proprie
 de turpi lucro sparso nimis in episcopis ecclesiarum christi. SED modestum. pro. sed
 mitem.] Esse mitem plus est quam esse mansuetum mitis enim non solum iram temperat,
 sed dulcedinem quandam adhibet. NON litigo

PRIORIS

AD TIMOTHEVM

sum.) Valde repugnat officio supintendentis aliisvt ipse litibus incumbat. alienus. Hesse
 45 debet ab ol pugna tam verbog q̄ factor. Sola sigdem pugna fidei et pietatis ei sufficit.
 NON cupidum. pro.non auarum.] Non est sermo de quacunque cupiditate sed de cupiditate
 argentiauri et hmoni: quam auaritiam di cimus. V SVE domui bum praepositum,
 pro. praesidentem)hoc est ppriam domum bene regentem, vult.n. paulus experientia
 comprobatsi fuisse q̄ is qui fit episcopus sit idoneus ad bene regendum ecclesiam:expe-

50 nentiam autem sumi ex hoc q bene regit propriam domsi. FILIOS habentem subditos
cum oi castitate. pro. reuerentia.)seu honestate. Ne intelligas quod oporteat episcopum
habere filios (qm̄ hoc paulus non dicit) sed quod episcopus habens filios habeat illos
subditos cum oi reuerentia seu honestate. Ex hac.n.experientia tenendi filios subditos
55 cum oi honestate seu reuerentia spes gignit quod tenebit christianos ac clericos subditos
cum oi honestate seu io uerentia sicut rexit filios. SI QVIS autem domui suae pesse
nesciit, quomodo ecclesiae dei diligentiam habebit pro. curam aget? b Ron clara, solido in-
nixa fundamento. NON neophytum.)Graecam dictionem religit inrerpres: quasi potuisset
dicere non nouitium in ministerio ecclesiastico vel in fide. Et romnem reddit. NE IN
superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.)Occasio supbiendi est si gs noniter com-
60 ersus ad fidem seu non initiatus in ministeriis ecclesiae, praeferat ad supintendendum
ecclesiae: et sic merito superbiae incidat in damnationem similem damnationi diaboli,
qui ppter supbiam damnatus est. Loqui aut̄ paulum de nouirio in ministerio ecclesiae jex
subiunctis de pmotione diaconog satis patet. nam si illos vult primum proban, multo
magis promouendos in epreos. POPORTET autem illum et testimonisi bonum habere ab
65 iis qui fons sunt.)Vltima conditio episcopi est vt sit bonae famae etiam apud infideles.
Er romnem fubdir. VT non in opprobrium incidat. D hoc est vt non incidat in vituperationem,
vituperaret. n. si eff̄et apud eos malae famae. ET in laqueum diaboli.)Dictionem
graecam religit interpres: forte rectius dixisset calumniatoris. Nam si malae famae est
apud infideles, laqueis exponitur hominum calumniatoris ipsa mala fama audentium
70 ctiam quae non feicit imputare, et illaqueare eum detractionibus iaccusationibus et alus
huiusmodi.

CDIACONES. pro. diaconos similiter pudicos. pro. compositos.)Dictionem quoque
graecam interpres reliquit diacones: quom potuisset latine dicere ministros. Et quom
non legimus alios in sacra scriptura diacor nos q̄ illos in actis aplog institutos ministros
75 tpalium ecclesiae, ideo de eisdem intelligo paulum loqui. nam etiam ephesi fuisse
diaconos dispensationis tpalium patet ex subinunctis: vbi dicit ne grauct ecclesia viduis
quibusdam. Vbi et aduerte non loqui paulum de ordinibus sacris, sed de officiis. vñ
nullam mentionem facit sacerdotis, sed epi et diaconi: quorum vtrunque nomen est
officii. illud supintendendum hoc ministrandi.)Pri mam itaque conditionem ministrorum
80 ecclesiae, explicat compositionem in moribus in actibus in gestibus. NON bilingues.
)duplici vtentes sermone: mon vnum mon contrarium enim sine pluribus dicendo. NON
multo vino deditos.)Non phibet eis vsu vini sed multis. NON turpe lucrum sectantes.
) Non solum ab illicito sed etiam aturpi lucro vult esse alienos. sunt. n. multa lucra licita
quae tñ sunt turpia. HABENTES mysterium fidei in conscientia pura. per Non sufficit vt
85 diaconi hemant fidem sed exigit ab eis vt habeant intimum fidei arcanum. Quod consistit
in conformitate animi ad fidem in conformitate voluntatis et affectus ad fidem. hoc est.
n. intimum fidei. Et hoc non est habendum qualitercumque sed in conscientia pura sed
in applicatione scientiae pura ab oi errore et passione oportet. n. ministros ecclesiae
et intus habere animum confor. mem fidei et ministrando applicare pure scientiam ad
90 opus. VET hi autem, pro. quidem probent primum: et sic] Loco harum duarum dictionum
legendum est. DEINDE ministrent. Deficit. sic, nullum crimen habentes.)De epreo
dixerat non nouitium: de diaconis autem dicit quod primum examinent jexperientia oper
discernant. postea ministrent sic. s. probati quod nullum habeant crimen quod nullus
possit illos criminari.)MVLIERES. pro. vros. E proculdubio eporum et diaconorum.
95 de aliis siquidem mulieribus superius locutus fuerat. SIMILITER pudicas, non detrahentes.

pro. non caliniatrices, sobrias, pro. vigiles, fideles in oibus.)Conditiones clare
sunt.V DIACONES. pro. diaconissint vnius vxoris viri.)Intellige hoc sicut de epreo
expositum est. QVi filiis suis bene praesint.)Supfluit suis. ET suis domibus.)Exigit a
100 pmouendis in diaconos similem experientiam circa regimen domus et filio qualem
exegerat a pmouendo in episcopum.V QVI.n. bene ministrauerint.2 Post conditiones
regisitas ad diaconos fructum eorum subiungit. Nec dicit q.n. ministrauerint sed bene
ministrauerint. GRADVM bonum sibi acqrent. pro. acqrun.)hoc est altiori officio dignos
se constituunt. hic.n. fructus suapte natura sequit bonam ministrationem inferioris officii.
105 ET multam fiduciam in fide quae est in christo iesu.)Actiue et passiuue verificat quod
acqrun sibi multam fiduciam in fide iesu christi. Actiue quidem: quia bene ministrando,
magis ac magis confidunt et audent in iis quae sunt fidei: vt patet de stephano. Passiuue
vero: quia bene ministrando acqrun vt alii multum confidant in ipsis in iis quae sunt
fidei.

HAEC TIBI scribo fili timothee sperans me venire ad te cito.)Superfluit fili timothee.
110 thee. Ne putarci timotheus epistolam hanc signum esse quod paulus non esset ad eum
uenturus, hanc opinionem excludit. SI AVTEM tardauero.)Ecce quare scripsi, vt si
tardanero. VT SCIAS quomodo oporteat te in domo dei conuersari, quae est ecclesia dei
viui.)Aduerte prudens lector quod ecclesiam dei appellat domum deitico quod vniuersa
ecclesia enim domus est enim familia est vnum humis patremfamilias. oium. n. christiano
115 conio spiritualis mutua est quemadmodum eorum qui sunt vnius domus seu vnius
familiae. COLVMNA et firmamentum, pro. fundamentum veritatis.) Ecclesia appellat
columna et fundamentum veritatis: pro quamro sustentat veritate

CAPVT .III.

[p.143]

elsam, non qualirerumque sed vt in qua fundata est ipsa veritas nam veritas diuino
mysterio velut ex celsa sustentatur in ecclesia, dum supra omnia asseritur veneratur et
120 colitur. et in ipsa ecclesia ita fundata est vt extra eam non inueniatur. ET manifeste, pro.
et confesse.)hoc est omnium confessione. MAGNUM est pietatis sacramentum, pro.
mysterium.)De ecclesia dicit confessum esse quod est mysterium pietatis. Pietas proprie
officium cultumque exhibet parentibus et sanguine iunctis. et quia ecclesiam domum dei
dixerat, apte et proprie subiungit quod est magnum mysterium pietatis. Officia siquidem
125 ecclesiae sunt officia pietatis: vrpore domesticatur in domo. Et quia in domo dei tanquam
patremfamilias officia ecclesiae sunt officia pietatis erga deum vt patremfamilias. Et quoniam
hoc in congregatione fidelium est intimum, ideo mysterium appellatur. Et quia tum
extensiuum tum intensiuum quantitate praestat, ideo magnum dicit.)Habes ergo ecclesiam
130 dei viuientis (hoc est congregationem fidelium in deo viuente) relatiue ad deum esse domum
dei: relatiue ad veritatem esse columnam et fundamentum veritatis: relatiue vero ad
pietatem esse magnum mysterium pietatis, et hoc confesse. vt per vltimum intelligamus
officium christi fidelium consistere in pietate, exhibendo patremfamilias cultum et aliis
domesticis officium. Vere siquidem talis pietatis ecclesiae est mysterium magnum. QVOD
135 manifestatum est.)Vniuersa haec litera vsque ad finem huius capituli nescitur quomodo
corrupta sit. Tum adimendo substantiusi. nam in textu graeco non habetur relatiuum
quod sed habetur substantiuum deus. Tum consequenter mutando genus. nam oia quae
in neutro genere leguntur (manifestatum iustificatum praedicatum creditum assumptum)

masculini sunt generis, sicut et deus.) Le gendum itaque est. DEVS manifestatus est
 in carne iustificatus est in spiritu visus est angelis praedicatus est genibus creditus est
 140 in mundo assumptus est in gloria.) Et dicunt haec a paulo tum ad manifestandam illam
 particulam domo dei et parriculam et confesse: vt confessione oium istorum pateat qđ
 dixerat et confesse, Tum ad explicandum deum patrem familias erga quem est pietas
 ecclesiae, dixerat n. quod ecclesia est magnum mysterium pietatis. V Manifestat autem
 modo ipsum deum sub romne patris familias. dixerat. n. in domo dei. Et vere hic p̄familias
 145 describit dicendo. deus manifestatus est in carne, tum quum verbum caro factum est jet
 co ruscauit tot miraculis viuens in came mortali: tum in resurrectione manifestatus est
 in carne imortali. Pm vtrumque namque starum deus manifestatus est in carne. Et
 hoc est primum qđ colit p̄familias in domo dei pa triffamilias: quoniam per hoc
 deus factus est pater familias per hoc factus est eiusdem naturae nobiscum communicans
 150 nobiscum etiam in carne. IVSTIFICATVS est in spiritu.) Si miraris deum iustificatum
 esse, recale dictum esse deo ante q̄ manifestaretur in carneli iustificeris in sermonibus
 tuis. Multo ergo magis polt q̄ manifestatus est in carne, dici de eo potest iustificatus
 est in spiritu. Et est sensus q in spiritu sancto quem dedit discipulis et consequenter
 alns iustificatus est a calummiis iudaeorum et aliorum qui crucifixerunt a persecuti sunt
 155 eum. Vnde in die pentecostes apud ipsosmet qui crucifixerant eum linguis clamando
 erucifige incoepit iustificari: vt patet, in actis apostolorum. Et nihilominus adhuc mortalis
 iustificatus est in spiritu vitae operum ac doctrinae ab obiectionibus iudaeorum. VISVS
 est angelis.) Dens in carne et similiter dens in spirirujab hominibus credi potuit: non
 autem visus est hominibus. ab angelis autem beatis visus est. Et inseruit hocjad afferen-
 160 dum restimonium angelicum de nostro patrefamilias. Et hoc verficar. tum est de deo
 in vtroque statu: carnis passibilis et impassibilis. PRÆDICATVS est gentibus.) Ecce
 de mus dei comprahendens gentes. CREDITVS est in mundo.) Ecce latitudo domus
 dei: comprahendens vniuersum mundum. ASSVMPTVS est in glorab vt manifeste in-
 telligamus patrem familias domus ecclesiasticae regnare gloriosum in gloria ad quam
 165 assumptus est in die ascensionis. Haec sunt beneficicia patris familias erga quem est pietas
 ecclesiae. Et simul perpende quod dixerat et confesse, explicatuma carne ja spiritujab
 angelis a gentibus a mundi gloria coelesti.

CAPVT .IIII.

SPIRITVS autem manifeste, pro, loquibiliter dicit.) Tractat illam particulamjde fidenon
 ficta. et dicit quod spiritus sanctus non obscure sed loquendo vt possit intelligi dicit
 h̄gesubiuncta. QVIA. pro. quin nouissimis, pro. in posterioribus temporibus discedent
 quidam a fide.) Praemonemur, vt iacula praeuisa minus feriant. ATTENDENTES
 5 spiritibus erroris. pro. erroneis.) Spiritus christi est spiritus veritatis: spiritus autem isti
 sunt spiritus a vero errantes. quales sunt omnes spiritus haereticorum. omnium enim
 haereticorum spiritus a vero declinant et errant hac atque illac. ET doctrinis daemoniox.
) Spiritus haereticorum pingit ab errore, doctrinas vero a daemoniis: ad significandum
 quod doctrinae talium hominum non tam sunt doctrinae hominum q̄ daemoniorum. ipsos
 10 namque homines appellat daemonia: eo quod officio sunt daemonia: eo q discipuli sunt et
 imitatores daemoniorti. Et vt clare percipias quod huiusmodi haereticos nominat daemo-
 nia, subinngit de eisdem. IN HYPOCRISI loquentium mendacium. pro. in si mulatione

falsiloquorum.» Vbi duas conditiones eorundem iungit: et quod falsum loquuntur et quod non ignoranter sed simulate. ET cauteriatam habentium suam conscientiam.)Quoniam
 15 metaphoricus est sermo, obstinata horum conscientia intelligi potest ad similitudinem indelebilis notae quae ex cauterio facta est in hominibus seu iumentis. vt significetur conscientiam hox cauterio diaboli penetratam esse, vt indelebiliter eandem rerineant conscientiamjvt nulla fir spes emendarionis eorum. Est enim sermo de haeresiarchis de capitibus errorum. PROHIBENTIVM nubere. Depictis magistris

PRIORIS

AD TIMOTHEVM

erorum describuntur eorundem praecaepa circa nuptias et cibos. Et quo ad nuptias
 20 dicitur phibentium nubere quo ad cibos vero. IVBENTIVM abstinere a cibis.)Vtrunque praeceptum dicit esse manichaeotum. OVos deus creauit.b Contra praeceptum abstinentiae a cibisjaffert paulus rationem ex instirurione diuina. AD PERCIPIENDVM cum gratiarui actione fidelibus et iis qui cognouerunt veritatem quia pro. quodjomnis creatura
 25 dei bona est: et nihil reiiciendum quod cum gratiarumactione percipitur.) Ne quaereres vbi habetur quod deus creauit omnia ad percipiendum cum gratiarumactione:declarat paulus q in hoc ipso quod omnis creatura dei munda est fm sq et quod nullius vsus illicitus est si cum gratiarumactione fit, ha betur quod deus creauit omnia comestibilia ad percipiendum cum gratiarumactione. Et primum quidem (scilicet quod omnis creatura
 30 dei bona est) tanq̄ manifestum relinquit. alterum vero spectans ad vsumprobat reddendo rationem. SANCTIFICATVR enim per veibum dei et orationem. pro. intercessionem.) Propter iudaeos videtur hoc dicererapud quos cibi aliqui erant imundi quo ad vsum. Aduersus sigdem hoc dicit quod mundificatur vsus ciborum qui reputantur imundi, per verbum dei quo vtimur benedicendo ipsoss et per intercessionem. Radix vnde verbum
 35 dei mundificatisignificatur intercessio (hoc est mediario) christi inter legem et non discentes inter cibos.)Er extendit ad legalem prohibirionem sermonem suum paulus:eo quod conueniunt quo ad hoc in materia praecaepriihaeretici et iudaei sectatores legis:dum vtrique im bent abstinere a cibis quibusdam HEC proponens fratribus. pro.haec admonens fratres, bonus eris minister christi iesu enutritus, pro enutriens verbis fidei et
 40 bonae doctrinae quam assecutus es.)Vndig con mendat officium admonendi fratres de praedictis, tum ex parte officii relati ad christum. tum ex parte ofscii relati ad rem dictam et auditores: manifestando nutritionem animarum in fide et bona doctrina. Quod aurem dicitur quam assecutus esjnon plene explicat textum graecum:significantem quam hucusque securus es. INEPTAS. pro. prophanas autem et aniles fabulas deuita.)Fabellas
 45 aduersus religionemjaniles appellar: quoniam similes sunt fabellis quas anus narrant pueris.

EXERCE autem teipsum ad pietatem.)Tractat illam particulamjconscientia bona. Et inchoat ossi cium conscientiae bonae a pietate: quae cultum ac officium exhibet parentibus sanguine iunctis pa triae eiusque beneuolis. NAM corporalis exercitatio
 50 ad modicum vrilis est.)Non vituperat corporale exercitium, sed praeponit illi pietatem. Et haec intellige comparando haec fm ppria genera. nam secus est si fm charitatem imperantem aut fm occurrentem articulum necessitatis comparatio fieret. Ex maiori nanq

charitare si proueniret corporalis exercitatio, vtilior esset q̄ pietas ex minore charitate. et
 similiter in arti culo necessitatis vrgentis ad ieiunium seu aliquid huiusmodi corporalel
 55 vtilior esset corporalis exercitatio q̄ pietas. Sed haec sunt per accidens, nam fim genus
 pprium corporalis exercitatio in ieruniis et absti nentiis peregrinationibus ciliciis et
 huiusmodi, ad modicum vtilis est:quia tantum valet ad domandum cor pus proprium.
 PIETAS autem ad omnia vtilis est.)Officia pietatis erga ecclesiae membraj et cultus erpa
 patremfamilias domus quae est ecclesia, sunt vtilia ad omniaj tam temporalia q̄ spiritualia.
 60 Vnde hoc manifestat subiungendo. PROMISSIONEM. pro. pmissiones habens vitae
 quae nunc est et future.)Ex hoc ipso q in lege diuina in praecaepo pietaris (honora
 patrem tuum et matrem tuam)exo.2o. adiungitur promissio vitae praesentis et futurae,
 manifestat paulus quod pietas ex suo genere ad omnia vrilis est. Interpretal autem paulus
 65 et vtriusque vitae meminit. In exodo namque dicitur vt sis longçuus su)terram quam
 dominus deus tuus dabit tibi. paulus vero etiam mystice terram promissionis coelestem
 patriam interpretatur. et proprerea dicir virae prae sentis et futurae. ¶ Nec hinc arguas
 inferendo abstinentiam et ieiunia inutilia esse ad vitam aernamqum hoc hinc non
 habetur:sicut nec habetur reliqua virtur̄s opera inurilia esse ad viram aeternam. Tantum
 70 hinc habetur speciale priuilegium pietatis;quod in illius praecaepo explicatur promissio
 vtriusque virae, cum hoc enim priuilegio stat et reliquarum virtutum opera (inter quae
 est exercitatio abstinentiae corporalis) meritoria esse virae aeternae.)At si quaeris cur
 pietas donata est hoc priuilegio. rario est quia pieras ad faciendum alteri bonum tendit,
 quod diuini officii est maxime imitatum et homini difficile: quum naru raliter non
 75 inclinetur nisi ad proprium bonum. V FIDELIS sermo et omni accaepione dignus.)Ad
 declarandum quod ipse interpretatus fuerat (videlicet et futurae) adiungit quod sermo iste
 dicens quod pietas hubet promissionem vitae futuraeest sermo fidelis et omni accaepione
 dignus. Et hoc ab experientia in seipsis manifestat, subiungendo. IN HOC enim.)Deficit.
 ETi laboramus et maledicimur.)hoc est nam ad hoc pietatis opus et laboramus assidue
 80 et maledictis afficimur. QVIA speramus. pro.sperauimus in deum viuum. pro.in deo
 viuentequi est saluatoromnium hominisi, maxime fidelium. F Ab experientia qua sustinent
 rum proprios labores tum maledicta exercendo ea quae pietatis sunt, manifestat promisi
 sionem vitae futurae:ex eo quod haec omnia pcedunt ex spe in deo viuento quod saluatorus
 est omnes homines praecipue fideles. In vita futura saluabit deus omnes homines quo ad
 85 vitam corporis suscitando omnes. maxime aurem saluabit fideles: quoniam suscitabit
 eos ad vitam foelicem. Haec est res sperata:de qua dicit. sperauimus in deo viuento
 qui est saluator etc. pro qua et laboramus et maledicimurjvacando pietari eccle siastice.
 CPRÆCIPE haec et doce.) doce vt sciant, praecipue vt imitentur. NEMO adolescentiam
 90 pro. iuuentutem tuam conremnat hoc est sic te habe vt nemo conremnat aetatem inuentutis
 tuae. Vnde et

CAPVT

V

statim aduersatiue subiungit. SED exemplum esto fidelium in verbo.] hoc est in loquendo.
 IN con uersationejn charitate.* Praecipit paulus vt locutio sit exemplaris, conuersatio
 sit exemplarisjdilectio sir tremplaris. Et praeter haec adiungit tria alia. Quox primum

[p.144]

deficit in textu latino: videlicet. IN SPIRI T vjin fideuin castitate.)In spiritualibusjin iis
 95 quaesunt fidei et in corporis castitare, praecipit etiam timotheo vt exhibeat se exemplum
 fidelium. Et hae sunt partes ex quibus effici debet vt nemo eius iuuentutem con temnat.
 Et multo magis hae partes in praelato puectae çtatis efficient vt non despiciatur.

CDVM venio attende lectioni.] ad pascendum teipsum. EXHORTATIONI.)aliorum
 ad bona ope ra. ET doctrinç.)Superfluit et. non solum exhortare sed doce alios ea quae
 100 sunt sacrarum scripturarum. NOLI negligere gratiam quae. pro. donum quodiin te
 est: quae data pro. quod datumjest tibi per prophe riam cum imposirione manuum pres-
 byteni.)Episcopalem gradum appellar donum datum timotheo duplici concurrente causa.
 Altera est prophetia quod futurus esset episcopus. a quo autem fuerit facta haec prophetia
 seu cui fuerit reuelatascriptum non est. Simile quid in. l. ca. dixerat ifm praecedentes ad
 105 te prophetias. PAltera est impositio manuum presbyterii: hoc est officii presbyteratus. ad
 significandum impositionem non esse humanae manns, sed manus sacraejmanus sac-
 erdotalis officii. Et dicit pluraliter manuum presbyterufforte ad significandum plurium
 sacerdotum concursum. fiebant siquidem episcopi per impositionem manuum, sicut et
 hodie fiunt. V HÆC medirare. pro. exerce.)Dixerat praeceptum negatiumjne neglex-
 110 eris: adiungir modo affirmatiumjhaec exerce. Et pronomen haçlmonstrat tria antedicta
 episcopi officialegerejexhortari et docere. IN HIS esto vt profectus tuus manifestus sit
 omnibus pro. in oibus.)Fructus consequens suapte natura explicatur. Nec hic fructus
 vacat salute aliorum VATTENDE tibiipsi et do ctrinae.)Adiungit vt sic attendat saluti
 aliog vt simul incumbat propriae saluti. INSTA. pro. persister in illis.)vtrisque : scilicet
 115 quae sunt ad salutem tuam et aliorum. HOC ENIM faciens.)Attentionem ad vtraque
 demonstrat pronomen hoc. ET TEIPSVM saluum facies et eos qui te audiunt.)Ecce
 fructus attentionis ad vtrunque : et vere fructus perfectus.

CAPVT .V.

SENIOREM ne increpaueris, sed obsecra. pro. exhortarejvt patrem.)Nomen aetatis
 esse hoc in loco senioremjex aliis aetatibus subiunctis apparer. Et propter aliorum aetates
 subiunctasjmagis quadrare viderur exhortare q̄ obsecra: quoniam ad omnes subsequentes
 idem verbum referf. Peccantem itaque senemimandat paulus non increpandum sed
 5 exhortandum: vt veluti filiali vtatur in eum reuerentia. sic enim facilius corrigitur senex.
 IVVENES vt fratres anus vt matressiuuenculas vt sorores.)Repete exhortare. IN
 OMNI castitate.)hoc opus fuit addere in exhortatione iuuenclarum propter periculum
 aetatis. Et dicit in omni, vt sit castitas in oculisjin gestibusjin verbis etc. VVIDVAS
 honora.)Honorem in scripturis sacris referri non solum ad officia sed etiam ad subsidiajdo
 10 cet dums exponendo praeceptum honora parentes tuos de subuentione. Nec ambigendum
 est vtrumque hic comprehendi. verum sub ratione honoris praeceptum datur: quoniam
 honor per se exhibendus est, subuentio aurem per accidens: videlicet si sunt indigentes.
 V Viduis autem honorem exhibendum iubet non omnibus, sed QVE vere viduae sunt.)Et
 est aduerbium vere tam hic q̄ in sequentibus similibus. Quas autem vere intelligat
 15 viduas ipsemet explicabit ex duplici differentia altera penes naturalia. altera penes
 voluntaria. Vnde a naturali necessitudine inchoans dicit. SI QVA autem vidua filios
 aut nepotes habet.) Prima differentia inter viduas tangitur: consistens in hoc quod aliqua
 vidua est quae habet vinculum natiiralis necessitudinis cum filiis aut nepotibus (hoc

est filius filiorum) aliqua autem caret huiusmodi vinculo. Et de habente huiusmodi
 20 vinculum subiungit. DIS CAT. pro. discant primum domum suam regere, pro. pie
 curare et mutuam vicem reddere parentibus.) Dicendo discant manifeste loquitur de
 filiis et nepotibus. Dicendo primum significat quod vidua non prius recipiatur ad
 professionem vidualem quam filii sen nepotes didicerint curam habere domus et mutuam
 25 vicem parentibus reddere. Et in promptu est ratio huius praecepti: quoniam quoad filii
 seu nepotes non peruenerint ad aetatem et virtutem regendae domus, incumbit viduae
 cura familiae: et hinc impeditur ad vacandum diuinis et ecclesiae, quibus vacabant
 profectae viduitatem. Tales enim viduae quis forte affectu sint vere viduae: quia tamen
 alligatae sunt curae filiorum non sunt recipiende ad professionem vidualem donec filii
 30 sen nepotes discant domum suam regere et mutuam vicem reddere parentibus, habendo
 curam parentum qualem parentes habuerunt de eis: hoc est donec filii habeant curam
 viduae, vt sic vidua exempta ab omni cura domestica possit profiteri statum vidualem ad
 vacandum diuinis hospitibus et aliis misericordiae operibus. HOC enim.) Deficiunt duae
 dictiones. Bo NVM et acceptum est coram deo per Ne vidua talis aegre ferat dilationem
 professionis, explicat paulus huiusmodi dilationem bonam esse in se et gratam deo:
 35 quoniam innititur necessariae pietati.) QVE autem vere vidua est. b Officia eius quae
 vere est vidua describit, tum ad declarandum quod dixerat vere viduae sunt. tum ad
 explicandum impossibilitatem viduae habentis curam nepotum ac filiorum ad officia
 vere viduae. ET DESOLATA speret. pro. sperari in deum. pro. in deo, et instet, pro. et
 persistat in obsecrationibus et orationibus nocte et die.) Ecce duo officia vere viduae.
 40 tum quod desolata locauit spem suam in deo, non in futuro coniuge non in diuinis et
 reliquis quae mundi sunt tum quod tempus omne occupat oratio.

PRIORIS

AD TIMOTHEVM

nibus et obsecrationibus. quod non potest facere vidua alligata curae filiorum minorum.
 NAM QVE in delitiis est, viuens mortua est.) Alteram tangit differentiam viduarum
 penes voluntaria. E regione siquidem ad persistentem die ac nocte in orationibus describit
 45 eam quae delitiis vacat. Et de hac dicit quod viuens mortua est: hoc est vtrique subiacet
 contrario. nam et viuunt statu, mortua est aere opere. Ira quae quatenus vidua in monstruosa
 est nam et viuunt et morrua est. viuunt nomine et statu viduae: mortua est carens opere
 viduarum. V ET HOC praecipit, vt irreprehensibiles sint.) Ne parnifieret huiusmodi
 mors et vita, subiungit hoc spectare ad reprehensibilitatem viduarum. Et propterea
 50 mandat timotheo vt praecipiar vt duas abstinere a delitiis vt irreprehensibiles sint. SI
 QVIS autem suorum et maxime domesticorum curam non habet. pro. si quis autem suis
 et maxime domesticis non prouiderit, fidem negauit et est infideli deterior.) Reliquum
 quod quis graece anceps sit ad masculinum et foemininum et propterea legi possit si qua
 referendo viduam (nam de viduis est sermo) et sic legendum crediderim (tum propter
 55 subiuncta de officiis viduarum. tum propter praecedentia de officio viduae habentis
 filios de quo quum dixisset hoc enim bonum et acceptum est coram deo, ne putaretur
 illud sic esse bonum gratumque deo quod etiam profiteri viduitatem esset bonum explicat
 modo quod esset magnum facinus) fateor tamen quod si relatum communis generis ha
 beremus magis quadraret: vt ex vniuersali canone communi vtrique sexui monstraretur

60 quantum crimem est non prouidere filiis et nepotibus. In cuius signum non loquitur
 canon de filiis aut nepotibus sed vni uersalissime de suisjpraeponeo domesticos. Y
 Quod autem dicit fidem negauitjad exaggerationem sceleris dicitur. et verificat quia
 fidem negauit facto. Quod vero subiungit et est infideli deteriorjexpomne non indiget:
 quia manifestum est. nam infideles pudent suisjhoc est spectantibus ad se, et maxime
 65 domesticis. ¶VIDVA eligatur non minus sexaginta annorum pro Dixerat viduas honora
 quae vere viduae sunt: et descripserat eas quae vere sunt viduae et quae mortuae viduae
 et quae impeditae ad tempus declarat mon quae inter vere viduas praehonoranda sitiquae
 eligenda sit in caput viduarum. Et multas exigit condiciones. Quarum prima est aeratis.
 Et haec tantae aeraris exactio manifestat quod de electione capiris est sermo. QVE fue
 70 rit vnins viri vxor.³ Castitatis muliebris decor est post primum virum non nupsisse. IN
 OPERIBVS bonis testimonium habens.)Non dicit testes sed testimonium sui habens
 in ipsis operibus bonis. Et quae sint illa bona opera explicarssubiungendo. SI FILIOS
 educauit.)Intellige de ea quae habuit filios. Si enim filios neglexisset malum haberetur
 de ea testimonium. SI HOSPITIO recaepit.)Hospitalitas magnum est restimonium
 75 charitatis. SI SANCTORVM pedes lanit.)Pedires ibant praedica tores et enangelici
 viri (quos paulus sanctosjhoc est mundos appellat) quor pedes lauare tunc consueue
 rant viduae, aut recipientes eos hospitio:aut si alibi hospitabanturiilluc veniebant ad
 lauandum corum pedes. SI TRIBVLATIONEM patientibus subministrauit.)Et hoc est
 alind misericordiae opus subuenire afflictis. Et demum SI OMNE opus bonum subsecuta.
 80 pro. secutalest. per Ne persingula moraret vniuersaliter subdit si omne opus bonum est
 secuta, faciendoprocurando etc. Et in his officiis perspicert potes quae sunt officia vere
 viduarum relatiue ad hoies. nam relatiue ad seipsas descripserat abiiciendas de litias: et
 relarine ad deumsque persistit in orationibus et obsecrationibus die ac nocte.

ADOLESCENTIORES. pro. iunioresjasit viduas deuita.)Post impedimentum tem
 85 porale (videlicet q vidua habet filios aut nepores educandos) impedimentum aliud mains
 edocet:aetatis. s.nuenilis. Quam vitandam dicit quo ad professionem vidualis status. Non
 dicit differendam esse professionem (sicur direrat de habente filios) sed absolute dicit
 deuita. Er rationem subdit. QVVM enim luxuriatae fuerint in chio. Superfluit enim et
 iuxra textum graecum geniriui est casus christo. Et sumitur luxuriari propriepro supfluo
 90 vsu. Et dicit quum enim luxuriatae fuerint christi, non quod superfluitates vere fuerint
 christi, sed quod vsae sunt christo in superfluitatibus. Significatur enim ad literam quod
 quum in superfluitatibus vsae fuerint viduali velo christi, tunc NVBERE volunt.)Haec
 est itaque vera rario repellendi iuenculas viduas a profelsione viduali:quia quum vsae
 fuerint aliquanto tempore velo christi in superfluitatibus mutant voluntatem et volunt
 95 nubere. HABENTES damnationem, pro. indicium quia primam fidem irritam fecerunt.
 pro. abiecerunt.)Tria proposuerat. s. deuitajquum luxuriatae fuerintj et volunt nubere.
 Et retrogrado ordine illa ex planat: dicendo quod nubendo incurrunt iudicium iustae
 damnationis eo quod repulerunt primam fidem. Manu festant autem subiuncta de eisdem
 (volo igitur iuniores nubere) quod non est sermo de fide primi coniugis absolute, sed de
 eadem firmata professione viduitatis haec est enim prima fides cuius abiectio incurrunt
 100 iudicium. Et hinc sumitur quod profitebant viduiratem voto in manu episcopi. et a tali
 voto vitandas ado lescentiores viduas paulus censet propter periculum instabilitatis: quia
 postea volunt nubere. SIMVL autem et ociosae discunt circumire domos.)Declarat
 luxuriatae fuerint christi, explicando in quibus consistit hmoni superfluitas vtendo
 105 christo in huiusmodi superfluiraribus. Et primum suppurat ociole dircumire domos.

Coniicitur hinc quod officium vere viduarum quae erant professae viduitatemjerat ire per domos, non ociose sed pietatis causa. et proprerea dicit paulus quod harum exemplo istae adolescentiores viduae discunt circumire domos, non tamen pie sed ociose. Et hic est primus luxus. NON solum. Deest, autemjociosae sed et verbose. pro. nugaces et
 110 cunos , loquentes quae non oportet.)Ecce multitudo luxusi in nugis et curior fitate, et (quod pro eius est in verbis indecentibus hoc est enim vti christo in superfluitatibus. ¶ VOLO autem

CAPVT

.V.

[p.143]

pro. igitur iuniores nubere. Declarat illam particulam deuita: inferendo ad euitandum tum periculum damnationis earum tum huiusmodi luxus quod non admittantur
 115 ad professionem viduitatis sed nubant.Et hinc vt dictum estjmanifeste patet quod licite nubebant ante professionem viduitatis. FILIOS procreare. Et hinc manifeste patet quod de iunionibus vere iuueniculis loquitur, non de iunioribus. i. minoribus sexagenanis. nam de illis nonfuisset dictum filios procreare. MATRESFAMILIAS esse, pro. familiam admi nistrare.b Et hoc contra ocium et discursum. NVLLAM occasionem dare aduersario maledicti gratia. b Dabatur occasio maledicendiimurmurandi ac detrahendi,
 120 ex discursu iuuenularum viduarum perdomos. et propterea ad hoc cuitandum dicit quod tales iuuenulae nullam occasionem dent aduersario(sine gentili siue christiano aduersanti) maledicentiae. IAM enim quaedam conuersae sunt retro.)Loco harum trium dictionum (conuersae sunt retro) legendum est. DEFLVXERVNTI post satanam.)Ecce effectus manifestans non solum periculum sed casum quarundam talinmjet simul occa
 125 sionem datam maledicentiae. Et ex hoc rertu apparet quod ante hanc pauli inhibitionem admittebantur iuniores viduae ad professionem vidualem, et sequebantur huiusmodi inconuenientia praedicta:quibus cognitis paulus inhibuit huiusmodi innem culas viduas admitti ad professionem viduitatis. Didicit ab experientia paulus non conducere
 130 illis iuueniculis viduis nec conducere ecclesiae huiusmodi professionem. Vtinam hodie disceremns ab huiusmodi experienciis an prosint iuuenilis aetatis vtriusque sexus personarum solennia votajtum sacrorum ordinum tum religionum.

SI QVIS fidelis.)Desunt hic quattuor dictiones. AVT si qua fidelis habet viduas, subministret illis vt, pro. et non grauetur ecclesia:vt iis quae vere viduae sunt sufficiat.
 135)Hactenus de spiritualibus circa vi duas locutus fuerat in speciejmulta instruendo:modo de temporalibus subuentionibus instruit distinguem do inter viduas vere desolatas et vere viduas non desolatas. Et non desolatas appellat illas quae habent suos iam christianos: vere autem viduas (hoc est desolatas) appellat quarum sui aut non suntjaut non sunt christiant Et de illis quidem mandar vt sui fideles subministrent illis temporalia, et non grauerur ec clesia in communi pro illis: vt ecclesia sufficiat ad subueniendum iis quae vere desolatae sunt. Perpende hinc σ absque delectu ecclesia in communi proudebar viduis indigentibus. et quoniam hoc onerosum erat eccle siae, ordinat paulus vt filiinepotes cognati et huiusmodi prouideant suis viduis: et curae ecclesiae relinquantur solae vere desolatae. Et ratio mandati huius est vt suauius continuari possit ecclesiae communis
 145 cura circa viduas.

QVI BENE praesunt presbyteri. pro Nomen ordinis est presbyteri hoc in loco.
 Quod ex eo patet q describuntur praesesse bene praesesse enim est episcoporum feu su-
 perintendentium. Nec dicit qui praesunt sed qui bene praesunt. DVPLICI honore
 digni habeantur.)videlicet reuerentialis officii et subuentionis.hic est enim duplex honor
 150 in scripturis. MAXIME qui laborant in verbo et doctrina.b Inrer bene praesidenres
 praeferendi sunt illi qui super officium superintendendi adiungunt laborem in ver bo
 exhortatorio affectus, et in doctrina instruenre intellectum. Et ad hoc affert auctoritatem
 scripturae deureo.25. DIXIT. pro. dicitjenim scriptura. non alligabis os boui trituranti.
)Nora trituranti:quoniam propter hanc particulam affertur auctoritas ad eos qui laborant
 155 in verbo et doctrina. ET DIGNVS est operarius mercede sua.)Hoc scriptum est in
 euangelio lucae. 1o. Et ad idem affertur operariusinon ociosus ADVERSVS prelbyreri.
)Consequenter presbyteri nomen non aetaris sed ordinis apparet:quoniam de talibus est
 praesens tractatus. ACCVS ATIONE M noli recipere, pro.non admittejnisi sub duobus
 aut tribus testibus.b Non facile admittendam censet accusationem presbyteri ratione
 160 status. non enim vult vt accusarione admissa subiaceat discrimini progressus an sint
 testes sufficientes an deficiant refes, sed quod ipsa accusatio non admittatur nisi constet
 de sufficientibus et idoneis testibus. Et hoc est pri uilegium presbyterorum exhac pauli or-
 dinatione. PECCANTES coram omnibus, arguervt et caeteri timorem habeant.)Anceps
 est constructio an coram omnibus referatur ad peccantes an ad argue. Et si quidem ad
 165 peccantes refertur, de punitione peccatorum publicorum instruit timotheum vt peccantes
 coram omnibus (quorum non oportet accusationem et testes expectare) arguatjpuniendo.
 Equadrat ratiojvt et caeteri timorem habeant. Si autem refertur ad argue, quum dixisset
 de presbyteris q accusationem aduersus eos non admittat nisi sub duobus aut tribus
 170 testibus, consequenter subiungit quod eos conuictos in peccatojpublice puniat vt caeteri
 timorem habeant. V Verum si participium peccantes ponderatum fuerit, sola prima
 lectio quadrare videtur. non enim dicit eos qui peccauerunt sed peccantes. et ideo adiun-
 git coram omnibus, ad differentiam peccantis in teipeccantis secreto: quem do minus
 corrigendum inter te et ipsum praecipit. CTES TOR coram deo et. Deest dominojchristo
 175 in materia iudicii. SINE praeiudicio.y hoc est sine anteiudicio sine praeuio indicio.
 Praecipitationem, inconsultationem indiscussionemque prohibet praecipit discerni prius
 examinari et discuti causam anteq procedatur ad fententiam. NIHIL FACIENS in alteram
 partem declinando.)Loco istarum quattuor dictionum (in alteram partem declinando)
 legendum est. PER ADVOCATIONEM.)Exparte sui errat si procedit absque prae
 180 iudicio ex parte autem aliorum errat si aliquid facit per ad uocationem :hoc est ad in-

PRIORIS

AD TIMOTHEVM

tantiam aduocatilad instantiam cuiuscunq fauoris patrocinii et reliquorum huiusmodi.
 Hae sunt propter quae tanto vinculo astringit timotheui in iudiciis. VMANVS cito
 nemini imposuens. Cir ca promotionem diaconox et presbyterorum instruit ipsum. fiebat
 enim per impositionem manuum. Et rationem subdit. NEQVE communicaueris pec-
 185 catis alienis.)peccata siquidem illius communia enunt tibi si minus idoncum pmoueris.

TEIP SVM castum custodi.)fic curam gere aliorum vt non recedas acu stodia tuiipsius.
 NOLI adhuc aquam bibere.)Non solum animae sed corporis timothei curam erercae
 paulus. SED modico vino vttere propter stomachi tuum et frequeres tuas infirmitates.5
 Snia est clara CEQVORVNDAM hominum peccata manifesta. pro. praemanifestaj sunt
 190 praecedentia ad iudicium: quosdam autem et subsequuntur.)Dixerat vt nihil faceret in
 iudiciis sine praeuio iudicio:ne haec intelligerentur vniformitersed fm diuersitatem
 materiae subiectae diuersimode seruanda, distinguit peccata hominum iudicanda du-
 pliciter inueniri. vel ante iudicium manifesta vel quorum manifestatio sequit iudicium.
 Et est sermo de iudicio discussionis:sine quo praecaerperat nihil fieri, vt ex hoc dinerso
 195 modo mani festationis discerneret timotheus diuersum modum praeuui iudicii. nam in iis
 quae anteq̄ disculantur manifesta sunt, sola notitia apud iudicem opus est:in aliis autem
 notitia iudicis pendet ex discussione praeuia Est itam ordo literae. Quorundam hominum
 peccata praecedentia ad iudicium hoc est quae indicanda sunt, praemanifesta suntjante
 scilicet q̄ veniant in iudicium: quosdam autem iudicandos, et subsequuntur scilicet
 200 peccata quatenus manifesta. Ita quod peccata quatenus manifesta subsequuntur iudicium
 discussionis SIMILITER et facta bona manifesta. pro. pmanifesta sunt: et quae aliter se
 habent.)Superfluit se. ABr SCONDI non possunt.)Dixerat nemini cito manum impo-
 sueris: distinguit modo de bonis factis su cut distinxit de peccatis. Et dicit quorundam
 facta bona praemanifesta suntjanteq̄ homines disculantur vt intelligat timotheus quod
 205 in iis qui sunt notorie boni quo ad factaj non est opus discussione ad hoc v imponantur
 eis manus. Quidam autem sunt qui habent aliter bona:hoc est non notorie bona habent
 opera. et hi discutiendi sunt quoniam latere non possunt si diligens adhibeatur discussio.
 Y Et intellige ipsos latere non posse regulariter loquendo, communiter enim diligenti
 discussione inuenitur veritas talium, contingere tamen potest praeterregulariter quod
 210 veritas occultaretur. Er ppter ea circa hos promonendos vtendum est tarditate, vt veritas
 inueniatur.

CAPVT VI.

QVICVNQVE sunt sub iugo serui)De corporalicer seruis loquit. DOMINOS suo-
 somm honore dignos arbitrentur.). Et loquitur de dominis etiam paganis baptisma
 enim non absoluit seruos a seruitutis corporalis vinculo. Vnde et rationem subdit. NE
 NOMEN domini pro. de id doctrina blasphemetur.)Si serui facti christiani non hono-
 5 rarent dominos suos, periculo blasphemiae exponeretur tam nomen dei q̄ doctrina dei,
 conquererentur siquidem domini de tali doctrina quae subducit seruos a debito seruitio
 dominom:et similiter detraherent tali deo cui placent huiusmodi iniustitiae. Quo contra si
 serui christiani omni honore dignos existimant dominos suos, occasionem dant landandi
 nomen et doctrinam dei christianorum. QVI autem fideles habent dominos, non contem-
 10 nant.)supple ipsos dominos. QVIA fratres sunt.)in christo. SED magis seruiant quia si
 deiles sunt et dilecti quia pro. quia beneficii participes sunt.)Ordo literae est. sed magis
 seruiant qui be neficii participes sunt, quia fideles et dilecti sunt eorum domini. Et est
 sensus quod fraternitas in christo nonim ducar contemptum dominorum tanq̄ parium: sed
 serui qui simul cum dominis participes sunt beneficii diuini, magis seruiant dominisjeo
 15 quod non solum domini sed fideles sunt et dilecti a deo. Et meminit participationis
 beneficii, vt intelligant serui fraternitate non esse subtractum dominiumj sed constitutos

esse sen uos et dominos participes diuini beneficii spiritualis vitae. et intelligant augeri debere seruiria exhibenda dominis fidelibus eoipso quod domini aucti sunt: dum ex dominis effecti sunt domini fideles et dilecti a deo. CHÆC doce et exhortare.)doce nescientes: scientes vero exhortare ad exequendum. SI QVIS aliter docet.) tanq in fauorem libertatis. ET NON acquiescit, pro, accedirisanis sermonibus domini nostri iesu christi.)Et non accedit docendo. explicat enim quid est aliter docere. Et appellat sermones domini sermones sanos, quia vere sunt sani non solum per elongationem ab omni insaniassed per affirmationem verae sanitatis mentis. ET EI quae fm pietatem est doctrinae.)Sermonibus christi adiungit doctnni fm pietatem, ad significandum quod doctrina verarum virtutum comes est sermonum christitvt intelligamus quod seruos parifacere dominos suos et aduersatur sermonibus christi et doctrinae pietatis. Sub pietate si quidem comprahenduntur in scriptura omnia officia debita proximis: vt ex eo patet quod vnicum tantum praeceptum officiorum debitorum proximo datum est in secunda tabula sub praecipuo pietatis actu qui elt honorare parentes. Loquitur enim ad literam textus hic de pietate quae virtus est exhibens cultum a omn cium parentibus, patriaeisanguine iunctis parriaeque beneuolis: extensa tamen vt dictum est ad omnia offi cia debita proximis. SVPERBVS est. pro. superbinit.)si quis aliter docet etem, superbiuitjiam ex praee denti superbia aliter docet. NIHIL sciens)Superbiuit in affectu, nihil sit in intellectu. SED LANT GVENS circa quaestiones et pugnas verborum NIHIL scit rei veritatis, sed est ad similitudinem aegro

tantis cirea in quisitiones et pugnas verborum: puta quia christus nos liberauit, habent mentem velut aegrotam ad inquirendam vim vocabuli libertatis ad discernendum pugnam verbog libertatis et seruitutis. tanq non stet simul libertas qua christus nos donauitjcum seruitute ciuili. Ex superbia enim talinm doctor puenit et quod nihil sciunt quo ad ventatem rei et quod circa inquisitiones et pugnas verborum non habent mentem sanam sed aegrotantentac per hoc deficientem etiam a veritate circa verba. et propterea oino nihil sciunt:qa necres nec verba. EX QVIBVS.)superbiaiquaestionibus et pugnis verborum. ORIVNTVR inuidiae, pro. inuidi ajcontenriones. pro. contentiojblasphemiaeisuspiciones malaejconflictationes.) Vide quot mala inde sequunt. HOMINVM mente corruptorum et qui veritare priuati suntjexistimantium quaestum esse pietatem.] Dixerat quod ex his oriunt tot mala:explicat mon in quibus hoibus ortus horum malorum locum inuenit. Quum mens sit incorruptibilis, mente corruptos appellat non fm substantiam, led fm ignorantiam prauae dispositionis. Vnde effectum huius corruptionis explicat dicendo a veritate destitutox. sunt. n.tales velut deserti a veritateiet rerum et verborum. Et quod in genere dixerat de corruptione mentis et destitutione a veritate, manifestat in indiuiduo quum dicit existimantium quaestum esse pietarem. Nunq christus docuit discipulos suos quaestum, nunq ordinauit vt quaerentnunq vt mendicarent. Paulus mente corruptis et a veritate destitutis attribuit doctrinam dicentem quaestum esse pietatem. quaestus n.est aut necessitatis aut auariciae:nunq autem pietatis. Et est sermo de quaestu pro se:secus autem est de quaestu pro pauperibus in hierusalem)Deficiunt in textu latino tres dictionesistae. ABSISTITO a talibus.)Non solum vitandos sed procul esse a talibus mandat paulus. EST autem quaestus magnus pietas cum sufficientia.) Illi corruptptae mentis hoies existimabant quaestum temporalium rerum esse pium. paulus e regione docet non solum quaestum sed magnum quaestum esse pietatem:qrñ est quaestus magnox bonorumj est quaestus spiritualium, quae sola sunt vere magna bona.V Adiungit autem pietari sufficientiam ad eradicandum quaestum remporalium: vt intelligamus

sufficientiam victus et vestitus non quaeri a pietate, sed concomitari pietatem. Et vere
 sic dominus ordinavit, vt discipuli pietatem exercentes praedicando sufficientiam habe
 65 rent non quaerent. edentes inquit et bibentes quae apud illos sunt. offerri vult pietati-
 non quae ab illa. NIHIL enim intulimus in hunc mundum.) Superfluit hunc. HAVD
 dubium quia pro. quod nec auferre ali quid possumus.) Declarat comitem pietatis suf-
 ficientiam quae comprehendat: discurrendo ab ingressu nostro in mundum vsque ad
 70 egressum per mediam vitam. Et quia in ingressu nihil facultatum temporalium intulimus,
 non est dubium quod similiter in egressu nihil auferre possimus. in vita vero media.
 HABENTES autem alimenta et quibus regamur his contenti simus. pro. erimus.) Ecce
 quae comprehendit sufficientia: alimenta scilicet et regumina quumquidem his contenti
 erimus fm necessitatem naturae Ex hoc. n. quod natura contenta erit in hac vita alimentis
 et tegumentis, monstrat has esse partes sufficientiae quae est comes pietatis.

CAPVT

.VI.

75 NAM QVI volunt diuites fieri.) Regione non contentos alimentis et tegumentis locat eos
 qui volunt ditescere. et eos pingit suis coloribus valde malis. INCIDVNT in tentationem.
) auaricia effraudis et hmoni. ET IN laqueum diaboli.) Superfluit diaboli et prepositio
 enim Non solum succumbunt tentationi allicientium diuitiarum ad superfluitatem, sed
 etiam illaqueant laqueo pene insolubili: eo quod obnoxia restitutioni tales nunq̄ restitunt.
 80 sunt. n. velut illaqueati affectu rerum. ET desideria multa inutilia. pro. irrationabilia. per
 Et vere sic esse apparet: qm̄ in multa incidunt desideria aliena a recta ratione. Er quod
 peius est. ET nociua.) aliis. Haec. n. coniter videntur accidere iis qui volunt ditescere. Et
 bene nota ne pistos intelligas eos qui pro necessitate familiae suae industrias exercent
 mercaturae. hi. n. non sunt qui volunt ditescere sed lucrari vt possint fm statum pprium
 85 vinere filii etc. QVÆ demergunt hoies in interitum.) animae in p̄senti. ET perditionem.
) in futuro. RADIX enim oium malorum est cupiditas. pro. auaricia.) Dictio graeca non
 est nomen cupiditatis in genere sed cupiditatis argenti, quam vnico vocabulo auariciam
 dicimus: qm̄ de inordinata cupiditate est sermo. Et hęc metaphorice dicit radix malorum
 oium, qm̄ ex ea pullulant mala omnia. Sex. n. genera malorum paulus iam supputauit ex
 90 tali radice oriri: incidere in tentationem et laqueum desideria multa irrationabilia et
 nociua in interitum et perditionem. Sub his generibus mala omnia continentur. QVAM
 quidam appetentes aberrauerunt a fide.) Manifestat ab experientia auariciam radicem
 esse oium malorum, vso eadeo vt sit etiam radix infidelitatis. Vehementer siquidem
 animus affectus diuiriis etiam a fide apostat. ET inseruerunt se doloribus multis. pro
 95 Nihil paulus pretermittit. Declarauit quod auaricia est radix oium malorum culpae ex
 experientia quia abducit etiam a fide: declarat mon quod est etiam radix multorum
 poenae in hac vita, dicendo quod immiscuerunt se doloribus multis. Perturbationes
 animi quas auari incurrunt constat esse multas: quoniam aestuant continuo appetitu lucri.
 Et multo plures perturbationes animi incurrunt tales aberrantes a fide. nam non solum
 100 perturbantur propter diuitias mon perditas modo periclitantes etc. sed etiam propter
 synderesim ob fidem relictam.

V AVTEM o homo dei haec fuge.) Appellat eum hominem dei ad reddendam
 rationem fugae iuxta T charitatem patientiam mansuetudinem.) Et cur has virtutes

[p.146]

sectari praecipiat subiungit summando ad duo capita. CERTA bonum certamen fidei,
 105 appraehende vitam aeternam.) Ad haec duo reducitur omnis sequela cuiusque virtutis. Et
 primum quidem spectat ad viam praesentis vitae alterum autem ad terminum eius christi
 praecipit non potestis deo seruire et mammonae. SECTARE vero iustitiam pietatem
 fidem

PRIORIS AD TIMO.

CAPVT VI.

dem, Sectando siquidem virtutes certamus certamen fidei bonū: et in termino apprae-
 110 hendimus vitam aeterna nam premium certaminis. IN QVA. pro. in quam. Deest. et
 vocatus es et confessus es bonam confessionem coram multis testibus.)Ne impossibile
 reputaretur tam arduum praemium dicit. in quam vitam aeternam, tum vocatus es a
 deo tum tu ipse confessus es confessionem bonam coram multis testibus. Professionem
 quam facit episcopus superintendendi aliis appellat confessionem bonam factam coram
 115 multis testibus: quae non secreto sed palam fit huiusmodi professio. Et hanc quoque affert
 factam in vitam aeternam, Ita quod tam ex vocatione dei quam ex professione tua certandum
 est tibi certamen fidei ad apprehendendam vitam aeternam. VPRÆCIPIO tibi coram
 deo.) Vinculo vocationis et propriae professionis adiungit vinculum praecipiti adhibitis
 120 testibus deo et christo. QVI viuificat omnia.) Quoniam praecipit media ad vitam aeternam,
 ideo deum inducit quatenus viuificat omnia. ET CHRISTO iesu qui testimonium reddidit.
 pro. testa tus est sub pontio pilato bonam confessionem.)Dixerat et confessus es bonam
 confessionem coram multis testibus. et propterea praecipiendo executionem illius affert
 christum iesum quatenus testatus est sub pontio pilato bonam confessionem. Facto siqui-
 dem et verbo christus bonam confessionem testatus est sub pontio pilato. Verbo quidem
 125 testatus est confessionem propriae innocentiae mon habere aduersum me potestatem vl-
 lam etc. futurae vitae regnum meum non est de hoc mundo. propriae deitatis lego ad hoc
 veni in mundum. et demum propriae doctrinae iuxta testimonium perhibeam veritari. Facto
 autem praecipiendo vsque ad crucem. Vñ vere de ipso dicit quod confessionem bonam non
 solum protulit, sed et testatus est certando facto passionis suae et verbis testificando illam.
 130 VT SERUES. pro. seruire te.) Ecce actus praecipiti. MANDATVM. Y proculdubio
 tibi impositum in tua professione. Mandatur siquidem ex parte quae ordinat ut praedicet
 populo dei. ita quod non solum ex professione propria sed ex mandato obligat. Et propterea
 paulus dicit praecipio tibi seruire te mandatum. SINE macula irreprehensibile, pro.
 135 imaculatum irreprehensibile.)Et refertur vtrumque ad pronomen te. Et est sensus. praeci-
 pium tibi te imaculatum irreprehensibile mandatum. Non sufficit mihi ut serues
 mandatum, sed exigo ut imaculatus intus et irreprehensibilis foris serues mandatum.
 Serues autem non ad diem aut annum, sed VSQVE in aduentum. pro. apparitionem
 nostri iesu christi.] hoc est vsque in finem rationem habendo apparitionis domini nostri
 iesu christi ad indicandum omnes et scrutandum singula hominum opera. QVEM. pro.
 140 quam.)Refert enim apparitionem. SVIS temporibus. per soli deo notis. OSTENDET
 beatum.)Ad apprehensionem vitae aeternae inuitans apte describit deum beatum. Rursus
 apparitionem christi ad iudicium ad beatum electos describens ab autore deo aptissime
 notat deum beatum, ut propriam viam ad beatitudinem tangat. ET solus potens.) Vere
 solus potens: cuius potestas ad omnia se extendit, et a quo omnium potestates sic pendent vti

145 velit nihil possint. Et vtrumque horum (Lesse beatum et esse solum potentem) naturale
est deo. REX regum. pro. regnantisii et dominus dominantium.) Vtrumque horum
ad gubemationem spectat vniuersi. QVI solus habet immortalitatem.)Omnis mutatio-
jquaedam morris soecies est et perinde dictum est quod solus habet immortalitatemjac si
dictum fuisset qui solus viuit absque oi mutabilitatenam omnis creatura quantuncunque
150 immortalis imo etiam beatalalicui subiacet mutationi.nam et de facto motus mentis aliquos
habet successiue: praeter hoc quod mutabilis est per porentiam diuinam. ET LV CEM
inhabitat, pro. inhabitans inaccessibleem,)Superfluit et. De luce spiritu ali est sermo. Et
diuina substantia appellatur intelligibilis lux inaccessibleis tantae excellentiae vt nullus
possit ad eam accedere. Quemadmodum lur solis est inaccessibleis relatine ad corporea,
155 ita lux diuina est inaccessibleis relatiue ad totum vniuersum. Metaphorico autem ser-
mone dicit quod inhabitat. nulla siquidem est ibi proprie inhabiratio:sed ad similitudi-
nem habitantis in luce inaccessibleiexcellentiam diuinae lucis hoibus describit. QVEM
nullus hoium vidit: sed nec videri pro. videreipont)Ex hac secunda particula apparet
quod de hoie fm naturae vires loquit. nam sic absque omni controuerlia verificatur
160 quod nullus hoium deum vidit et quod nec videre eum pont. Et hoc intellige de videre
deum fm seipsum: ad differentiam eius quod est videre deum in aliossine intelligibili
fiue imaginabili siue sensibili. nam sic pphetae viderunt deum: et philosophi et angeli
naturaliter vident deuī, CVI honor et imperium sempiternum:amen.)Par fuit vt descripto
deo fm tot praeclaras condiciones, in gratiarumactiones prorumperet: cupiendo exhiberi
165 illi honorem et aduenire imperium sempitemnum quemadmodum in coelo ita et in terra.
Possunt tamen et haec assertiue intelligi:vt etiam describat deum c honolall et imperare
sempiterno tempore.
¶ DIVITIBVS huius saeculi praecipe non sublime sapere. pro. senrire.)Necessaria
monstrat haec esse dit cendo praecipe. Et vere primum praecceptum negarium quo
170 egent diuiresjest non alte sentire. Diuitias eni magnipendunt: ac perhoc efferunt ani-
mum magnipendentium illas et possidentium. Elata ergo mens primo inhibitur deinde.
NEQVE sperare in incerto. pro. in incertitudinejdiuiriarš a Et hoc quoque familiare est
diuiribus vt confidant in auro. Et vere dicit in incertitudine diuitiarti: quoniam incerta est
earum stabilitas incertus est earum futurus vsus et incerior fructus. SED IN deo viuo,
175 qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum.per hoc est ad delectabiliter suauiterque
vtendum. Et quod dicit abundesntellige quantum est ex parte dei nam secus quandoque
accidit ex parte nostri: vel pprer demerita nostraivel propter aliquod spirituale bonum.
BENE agere.) Refertur ad praecipe diuitibus huius saeculi. Nec dicit bona sed bene agere,
vt modum agendi ex parte agentis explicet bonum DIVITES fieri in operibus bonis mul [p.147]

.II. AD TIMO.

CAPVT .I.

180 tiplicando bona opera. FACILE tribuere.)non solum tribuere sedfacile, COMMVNI-
CARE.)Ra tionem facile tribuendi explicar adiungendo communicationem. Diuires
siquidem vrpore abundantes bo nis fortunae considerare debent q ideo fm ordinem
dininae prouidentiae abundant vt communent. non enim eis est data abundantia vt tot
propria rerineant, sed vt propria quibus abundant communia efficiant. et propterea faciles
185 debent esse ad tribuendum. Er ne hoc reputarent esse sibi damnumssubiungit. THE-

SAVRIZARE sibi fundamentum bonum in futurum. per Ecce fructus eomunicandi. ipsum siquidem con municare est recondere sibiipsis bonum fundamentum in futurum. Et ad ad sit hoc fundamentum subiungir. VT appraehendant veram. pro.aeternam, vitam.)Electionis recondit fundamenrum super quod consurget ascensus ad appraehendendum vitam aeternam, hoc est. n. pprium meritum diuitum quatenus sunt diuites. LO TIMOTHEE.)Ad excitandum timotheumjadiungit articulum. DEPOSITVM custodi.] Con missum gregem sub depositi rarione custodiendum mandat:vt eriam de leui culpa teneatur. DEVITANS prophanas vocum nouitates, pro. inanitates.)Inter alias vigilantias necessarias ad custodiam depositii oportet te euitare prophanas vocum inanitates. Inanitates vocum aliae sunt prophanaejhoc est sacris aduersaetaliae sunt tanq̄ indifferentesivt nugae. et propterea paulus addidit prophanas. Oportet siquidem episcopum custodire depositum sibi gregem eriam a vanis vocibus si prophanae suntisi aduersus sacras literas suntisi aduersus sacra mysteria sunt. ET oppositiones falsi nominis scientiae.per hoc est falso nominatae scientiae. Forte scientiam cabalisticam appellat falso nominatam scientiam. verum quancunque intelligas, perpende soliditatem veritatis cuangelicae nam non contrariantur ei oppositiones cuiuscumque scientiaeidummodo non falso nominetur scientia:sed solum opposiriones falso nominatae scientiaejadnersantur veritati christianae. Et in promptu ratio est:quia verum vero non est contrarium. omnis autem vere nominata scientia est verorum. QVAM quidam promittentes, pro. profitentes circa fidem exciderunt. pro. a fide aberrauerunt.)Esperientiam affert quo ducit illa falso nominata scientia. Et hinc habemus quod de quadam certa scientia loquiturtalioquin non diceret quam quidam profitentes a fide aberrauerunt. Et si collegeris hec omnia (videlicet quod falso nominat scientiamque complexa est a fidelibus cum periculo profitentium illam ita quod quidam illam profitentes aberrarunt a fide: et quod paulus non dicit illam omnino vitandanssed dicit illius virandas esse duas partes.sprophanas vacuitates vocum et opposiriones ad custodiendum depositum gregem) suspicaberis forte mecum cabalisticam pingi scientiam. Meae siquidem suspitioni alia non occurrit scientia his picta colonbus. GRATIA tecum amen.)Haec est salutatio manu pauli.)Et apud graecos inuenit subsenptio talis. Ad timotheum prima scripta laodicic̄. Caietae die vltimo martii.1529.

THOMAE DE VIOCAIETAT NLCARDINALIS SANCTI XISTI:IN POSTERIOREM EPISTOLAM PAVLI AD TIMOTHEVM COMMENTARII.

PAVLVS apostolus iesu christi.per non aliog apostolor. PER volun tatem dei per non meritis propriis. SECVNDVM promissionem vitae quae est in chnsto iesu.] apostolus per voluntarem dei non fm quod disponit et gu bernat naturalem rerum ordinem, sed fm quod pmittit vitam quae est in christo iesu nune per fidemjpostremo autem per imortalem gloriam enam corpo ris. Materia siquidem apostolatus significatur: explicando quod est missus per voluntatem dei quatenus promittit vitam quae est in christo iesu. ad hanc siquidem promissionem promulgandamjad illam inuitandum etc. legatus est. TIMOTHEO charissimo, pro. dilectoifilio.) per euangelium. GRATIA et misericordia et pax.)Superfluunt ambae coniunctiones. Imprecatur non solum extrema donacgratiam et pacem) sed etiam misericordiamjdonum medium summe necessanum praelatis. A DEO patre nostro.)Superduit nostro. ET CHRISTO Iesu domino nostro.)Exposita saepesunt

haec.

GRATIAS ago. pro, gratiam habeo deo meo.) Superfluit meo. Perfecta salutatione inchoat narrationem a commendatione timothei. Er commendacionem inchoat explicando se recognoscere vt diuinum beneficium quod assidue est memor ipsius timothei, 230 memor aurem in orationibus et in desiderio videm di ob virtutes eius et matris et auiae. CVI seruo a progenitoribus meis in conscientia pura) Superfluit Caiet. super epi. apo.